dus debeat eſſe.xlv.horarū.tunc ſtante hac habitudine paroxyſmus ſcd̄s anticipabit horā primi per horā vnā.nā ſi primus incipit hora.xx.⁊ in.xlv.horis terminat̄.ſcd̄s incipit hora.xix.tertie diei:q2 inter vigeſimā horā p̄ie diei:⁊ decimānonā tertie interſunt.xlv.hore:⁊ ſil'i ſtante diſpōne:ita fiet in paroxyſmo tertio. ſi vero ſit talis habitudo ꝙ nō ꝯpleat̄ periodus niſi in xlix.horis tunc ſtante ſil'i diſpōne ſcd̄s paroxyſmꝰ veniet in.xx.tertie diei.Ex quibꝰ apparet ꝙ ſil'i ſtāte diſpoſitione cāe antecedētis ⁊ virtutis qn̄q3 ſit anticipatio:qn̄q3 equalis inuaſio in horis. qn̄q3 poſtpoſitio:⁊ q2 in toto principio:vtpl'm virtus nālis non notabil'r trāſmutat̄ ⁊ mā nō notabil'r mouet̄ verſus digōnem: aut malā putredinē:ideo ſtabit ꝙ in toto principio fiat ſemꝑ anticipatio ſcdi paroxyſmi reſpectu primi:⁊ aliquando fiet ſemper poſtpoſitio.ex quo ſequit̄ ꝙ id qd̄ Auic.dicit hic:⁊ Gal.primo de criſi:⁊ alij oēs auctores ꝙ pura anticipatio paroxyſmorū nō ſignificat preſentiā augmēti:⁊ appet cā:quare febres ſꝑ ꝓcedūt anticipando:⁊ ideo Aui.dixit:ꝙ ad cognoſcēdū augmētū opꝫ ꝙ conſideret̄ ſuperfluitas anticipationis:q2.ſ.plus anticipet tertius ſupra ſcd̄m paroxyſmū q̄3 ſecūdus ſupra primū.hec enim fieri nō pōt niſi ſcd̄s periodus ſit minor primo:⁊ hoc requirit:q2 plurimū virtus nālis:nō eſt multū variata ꝙ materia ſit notabil'r ꝑmutata:mō qn̄ materia eſt notabil'r permutata ad bonuꝫ vel ad malum eſt augmentuꝫ.⁊ ideo hec ſuperfluitas anticipationis ſignificat augmentum.❡Et ſi querat̄. quare ergo in augmento ſuperfluit anticipatio.Reſpondet̄ ꝙ vtpl'm in augmento eſt materia magis ſubtiliata ⁊ calefacta illa:que erat ſub forma cāe antecedētis:⁊ ideo virtus facilius pōt eam mouere.Et cū hoc magis irritat̄.ideo cōplet̄ periodus in tēpore minori q̄3 ante:⁊ per ꝯn̄s ſit ſuperfluitas anticipatiōis.Et tu ex hoc intellige ꝙ in morbis:in quibus a principio paroxyſmi nullo modo anticipabāt.pura anticipatio notabilis ſignificat augmentū:⁊ in illis in quibꝰ poſtponebant̄ pura diminutio poſtpoſitōis ſignificat augmētū:⁊ intelligunt̄ hec vt in pluribus.Nam difformitas materierū ⁊ multe alie cauſe poſſunt hoc ſignuꝫ impedire.❡Querit̄ ſcd̄o quare ſunt in duobꝰ hominibus due tertiane:⁊ in vno ꝓcedūt paroxyſmi anticipando in alio non ab ipſo rei initio:que eſt cauſa.Dicit̄ ꝙ illa que anticipat facit hoc:aut q2 materia eſt calidior:aut ſubtilior:aut amplior:aut ꝙ virtus mādātis mēbri ſit fortior vel trahētis:aut q2 ſenſus acutior:aut nerui magis diſcooperti humiditate viſcoſa:aut ab extrīſecis ſicut celeſti aſpectu vel errore in vita incitātibꝰ ad motū materie ⁊ ſimilibus.Sed horū cōtraria ſunt cā tardatiōis ⁊c̄.⁊ ego magis infra declarabo cū diſputabo de cauſis periodicationis.Tu tn̄ habes iā ꝙ in vna febre pōt fieri cōtinua anticipatio ad bonū ſenſuꝫ:⁊ virtute ⁊ oībus iā dictis remanētibus paribꝰ in oībꝰ tribus vel q̄ttuor paroxyſmis principij:⁊ ſic poſtpoſitio.

De cauſis ãticipationis ꝑoxyſmoꝝ ⁊ tarditatis.

❡Nota ſecūdo circa illam partē.intēdēs ad additionē:ꝙ quidā volunt Auic.hic nō velle per ſolā ſuꝑfluitatē anticipationis ſignificare augmentū:ſed cū anticipatione opꝫ ꝙ ſit additio in eſſentia morbi ⁊ accidentibus:ita ꝙ febris ſit fortior ⁊ accidētia ſeuiora.Ego autem dico:ꝙ licet iſta ſint conſiderāda:tn̄ Auic.hic loqtur ſolum de anticipatione.Nam de augmento accidētiuꝫ ⁊ augmento caloris habebimus infra per ſe ī alio modo ſignorum:⁊ hec ſigna augmenti dicta ſunt vt in pluribus vera:licet qn̄q3 contingat oppoſitū:vt patet conſideranti cauſas ſuꝑfluitatis anticipatiōis.❡Circa ſm̄ dictū attende ꝙ cōiter exponit̄ ꝙ tunc ex dictis hic ab Auic.ſignificamus eſſe ſtatum cum ſtant anticipationes.i.ſi prius fuerunt anticipationes:⁊ poſtea ſtant.i.non anticipant.tunc eſt ſtatus.⁊ ſecūdo ꝙ ſtent ideſt remaneant ſuperfluitates.i.accidentia ſuꝑflua ⁊ maior q̄3 in alijs temporibus:q2 niſi iſta accidētia eēnt ſuperflua hoc modo non eſſet ſtatus.Sed ego intelligo ꝙ ſi febris habuit anticipationes ſignificantes augmentum:aut anticipationes ſuperfluētes ꝙ in primo caſu diuiſio anticipationū ſignificat ſtatū ⁊ in ſecundo diuiſio ſuperfluitatum in anticipando ſignificat ſtatuꝫ ⁊ hoc vt in pluribus:q2 in ſtatu materia nō variat̄ notabiliter in digōne:nec in quātitate.nā qn̄ eſt notabiliter diminuta eſt iā declinatio:⁊ iō nō ſunt in eo vtplurimū anticipationes ſuperfluētes.❡Sed circa tertiū dictū quādo dicit̄ ꝙ ſeruans horā vnā eſt longi ſpacij nota ꝙ eſt ſn̄ia illius apho.quarte ꝑticule:quibꝰ quotidie rigores fiunt.Et cauſa eſt:q2 ſignificat̄ materiaꝫ vniuſmodi remanere ⁊ difficulter permutabileꝫ a virtute:⁊ ideo difficulter vincibilem.Et tu ex hoc vides cauſam.quare alique ſeruantes vnum modū anticipationis ſunt ſignificande longi ſpacij.❡In quarto dicto tu vides ꝙ non neceſſario:nec ſemper ex poſtpoſitione ſignificatur declinatio cum hoc poſſit contingere in declinatione:ſed vtplurimuꝫ eſt vera vbi preceſſerit anticipatio ⁊ ſtatus.tunc eniꝫ vtplurimū poſtpoſitio accidit:q2 virtus parum irritatur cum materia ſit digeſta ⁊ multum paucificata.

❡Et ſimiliter cognoſcitur diſpoſitio horarum ex augmento accidentiū febriū ⁊ ſtatione eorum ⁊ declinatione ipſorum.

❡Ponit aliā ſignorum maneriem:⁊ eſt ex augmento vel ſtatione vel diminutione accidentiū:dicens ꝙ qn̄ accidentia morbi intendunt̄ eſt augmentuꝫ:⁊ qn̄ ſunt vltima.i.intenſiſſima in morbo illo ⁊ ſtant eſt ſtatus:⁊ quādo declinant ⁊ remittunt̄ eſt declinatio.

❡Nota ꝙ in temporibus ꝓ quanto diſtinguunt̄ penes accidentia res eſt clara:q2 iſte ſunt iſtorū temporū rōnes.In temporibus aūt ꝓ quanto diſtinguūtur penes materiei diſpoſitionem ⁊ accidentia ſimul.ēt hoc eſt verum:q2 iſta includuntur in ratione talium temporum:ſed ſi loquamur de temporibus ſolum diſtinctis merito tranſmutationis materie hoc nō eſt veruꝫ generaliter niſi in morbis ſeruantibꝰ materiā ad vnam expulſionem creticā:aut ſaltē acutis:⁊ multā materiaꝫ vſq3 ad ſtatum ſeruantibus.tunc enim in iſtis:q2 amplior materia mouet̄ in augmento q̄3 ī principio ⁊ amplior eſt ſub forma cauſe cōiuncte in hora ſtatus q̄3 in principio vel augmento vtplurimum:⁊ q2 ſm̄ quoſdā nō obſtāte ꝙ intendat̄ digeſtio:tamē ſit putridior illa:que eſt ſub forma cauſe cōiuncte in ſtatu q̄3 ante ideo accidentia ſunt fortiora.In declinatione vero paucificata materia remittuntur.

❡Nota ſecundo ꝙ hec accidentia:de quibus hic loqmur:ſunt ſicut longitudo paroxyſmorum dolores ſitis alienationes inquietudines proſtratio appetitus:⁊ talia que variantur in diuerſis febribꝰ ſm̄ qualitates materie ⁊ naturam locoꝝ patientiuꝫ.❡Et nota tertio ꝙ nō intelligitur cōtinue per augmentū attendi accidentia:q2 paroxyſmi augmenti habent declinationes particulares:in quibus remittuntur accidentia.Nec intelligimus in ſtatu non remitti notabiliter propter eādē cauſam:ſed hoc intelligitur comparando in paroxyſmalibus ⁊ proportionalibus partibus paroxyſmorum ſibi inuicem correſpondentibus declinationē declinationi precedentis paroxyſmi:⁊ principium principio:⁊ ſic de alijs.

Febriū accidentia.

❡Et ex additione paroxyſmorum eius in longitudine ⁊ breuitate ipſorum:⁊ fortaſſe diuerſificantur ⁊ non aſſimilantur.

❡Ponit aliaꝫ ſignificationē cū vna ꝯtingentia.Dicit primo ꝙ hec tempora cognoſcunt̄ ex additiōe poxyſmoꝝ in longitudine ⁊ ex diminutiōe longitudīs:quia ſupple cū addit̄ longitudo eſt augmētū ⁊ cū diminuit̄

longitudo

UVA. BHSC. IyR_044_2

longitudo ẽ declinatio. Et ſubdit ꝙ paroxyſmi fortaſ/
ſis diuerſificant̃ ⁊ nõ aſſimilant̃ in ſigno: res ẽ clara ex
dictis: plurimũ.n. poſtq̃ mã fuit ſubtiliata: aut a dige/
ſtione aut a calore putredinali amplior q̃ʒtitaꝫ materie
mouet̃ ad paroxyſmandũ in augmẽto vſqꝫ ad ſtatũ: ⁊
iõ paroxyſmi ſunt longiores. Sed qḋ ſcḋo dr̃: ꝙ qñqꝫ
diuerſificat̃ ⁊ nõ aſſimilat̃. credo ꝙ ĩtelligat̃ ꝙ qñqꝫ pa
roxyſmi diuerſificant̃ ab iſto ordine ꝓcedẽdi ad maio
res ⁊ longiores ĩ hora augmẽti: ⁊ hoc põt ꝯtingere ex
materie difformitate ⁊ virtutis varietate ⁊ accñtibꝰ ſu
perueniẽtibus. ¶ Sed tñ circa iſtos vltimos canoñ.
cadit magnũ dubiũ. Ex quo eniʒ ĩ ſtatu accidẽtia ſunt
maiora: ⁊ accidentia ſequuntur morbum ſicut vmbra
corpus. Qõ.2.

**Queritur** vtrũ febris putrida ⁊ ꝓpe ſalubris ſit maior in ſtatu q̃ʒ in augmẽto: ⁊
in augmẽto q̃ʒ in ꝓncipio. Et lʒ hãc mãʒ diffuſe diſpu/
taueriʒ ſcḋa ꝑticula illo affo. (Circa ꝓncipia ⁊ fines) tñ
hic volo ita tractare: vt ſine recurſu ad aliũ locũ intelli
gat̃. Sed breuiter longiora q̃rentibꝰ pʒ via ad illã qõ/
neʒ: ⁊ ad Gẽtilẽ ⁊ Dynũ: ⁊ pluſq̃ʒ Cõmẽtatorẽ.3.teg.
⁊ Bertugiũ boñ. q iſtud longe tractauerũt. ¶ Et prĩo
videtur ꝙ talis febris ſit maior in ſtatu: quia febris nõ
eſt niſi calor preter naturaʒ: ⁊ iſte eſt intẽſior in ſtatu: vt
patet ad tactum: ⁊ quia pulſus ſunt maiores ⁊ velocio
res ⁊ frequentiores: ⁊ ſimilr̃ anhelitus. ¶ Scḋo quia
ſtatus eſt hora pugne: vt dicit ſupra Auic. ⁊ Gal. ꝓmo
affo. ⁊ hoc nõ eſt niſi ꝑ ꝑ incitationẽ: quã facit mã ꝯ na/
turã. ⁊ iõ criſis ſit magis in die poxyſmi: ſed cũ magis
irritat̃ nã ſit maior ĩpreſſio a mã in mẽbra: ⁊ illa eſt fe/
bris. igit̃ febris ſit maior in ſtatu. ¶ Itẽ accñtia ſunt ĩ
ſtatu maiora nõ ſolũ illa q̃ ſunt ꝓter nãm merito mẽſu/
re: ſed illa q̃ ſunt ex toto gñe ꝓter naturã vt dolores ⁊
ſil'ia. g̃ tũc morbꝰ eſt magis ꝓter nãm. ⁊ cuʒ ſit intẽſior:
ſeqtur ꝙ febris eſt vtroqꝫ mõ maior. ¶ Et q̃rto q: opõ
nes tam nãles q̃ʒ vitales q̃ʒ aĩales ſunt magis leſe. nã
digeſtio ⁊ pulſus ⁊ ſenſatiões magis ĩ ſtatu ledunt̃: qḋ
nõ eſſet niſi morbꝰ eẽt maior. ¶ Quinto: ſi in ꝓncipio
eſt maior febris q̃ʒ in ſtatu querit̃ quando augebat̃: ⁊
nõ vr̃ niſi ꝙ in tꝑe neutralitatis: qḋ ẽ ꝯ Gal. in titu. de
tꝑibus vl'ibꝰ: ⁊ ſil'r de tꝑibus ꝑticularibꝰ. nã in vtroqꝫ
aſſimilat morbũ plãte ⁊ aĩali a ꝓncipio paruis: poſtea
augmẽtatis: poſtea magnis. ¶ Ultĩo ꝓ hac ꝑte Gal.
eſt prĩo de criſi capl'o.18. vbi dixit: hoc igit̃ ẽ illud qḋ
añ diximus: ꝙ accidit in febre res ſil'is ei qḋ accidit in
apatibus que maturant̃: ſicut.n. in apatibꝰ in diſpõne
gñationis ſaniei ſit dolor ⁊ febris plus q̃ʒ eſſe poſſit in
eis priꝰ. ſil'r eſt in febre in diſpõne digeſtionis chimi
faciẽtis eã. hec Gal. ¶ Itẽ ad hoc ẽ Gal.2. de criſi.c.
2. cuʒ dixit: iam igit̃ oportet vt exercites teip̃m adeo:
donec cognoſcas vnãquãqꝫ egritudinũ ſingulariũ ſm
ſeipſam cũ eſt integra ꝯpleta cum velocitate. nam ſi tu
nõ añceſſeris ⁊ exercitaueris teipſum in hoc com ſtu/
dio ⁊ ſolicitudiẽ: nõ cognoſces egritudinẽ: qñ incipit
cum ſit pauca ⁊ debilis. Hec Gal.

¶ In oppoſitum ſunt auctoritates ⁊ rõnes. Auctori/
tas prima eſt Gal. in cõmẽto affo. allegati. ibi enim di/
xit ꝙ q̃ʒuis accidentia ſint maiora: opʒ cauſaʒ illa faciẽ
tem que eſt morbus ꝙ declinare incipiat in ſaluandis
in ſtatu. ¶ Scḋa auctoritas eſt in cõmẽ. ĩmediate pre
cedente illius. ſ. (Inchoantibus morbis.) vbi dixit: ca
ſum enim accidentia facientem nõ neceſſe eſt in ſtatu
eſſe maiorem: in ſaluandis enim eſt minor in ſtatu q̃ʒ
in initio fuerit. ita ꝙ non ſolum dicit minor q̃ʒ in aug/
mento: ſed q̃ʒ in initio. ¶ Item primo de criſi capl'o.
17. vbi dicit. ſimiliter nõ eſt poſſibile poſtq̃ʒ ſubſidet
in vrina fex laudabilis vt febri ſit difficultas vel domi
nium. ¶ Item primo de criſi. capl'o.7. dicit nam ſi ſu
perfluitas eſt digeſta ſignificat ꝙ diſpoſitio eiꝰ eſt ſʒ
ſanitatem. item ſi eſt indigeſta ſignificat ꝙ diſpoſitio
eius eſt egra. igitur in ſtatu cum ſupfluitas ſit digeſta
venarũ ⁊ arteriarũ: qḋ appet ꝑ vrinã: ſignificat̃ ꝙ hec
mẽbra ſunt ſm ſanitatẽ: ⁊ ĩ ꝓncipio cũ eſt indigeſta: ſi/
gnificat̃ ꝙ ſunt egra: ⁊ ꝑ ꝯñs minꝰ ſunt egra in ſtatu ⁊
febris minor. ¶ Preterea rõne arguit̃ ſic. quãto mã ẽ
magis benigna tãto accñtia ⁊ morbꝰ ſunt remiſſiores:
ſed cũ eſt digeſta ẽ magis benigna. ergo tũc ſunt mor
bus ⁊ accidẽtia remiſſiora: ſed tũc eſt ſtatus. ergo ⁊c̃.
¶ In iſto dubio terminãdo ſeruabo ordinem: quem
tenui in apho. vbi hoc ipſum diſputaui. Nam primo
ponam quedã preambula que iudicio meo opʒ conce
dere quẽlibet medicũ. ſecũdo ponã poſitionẽ Pluſq̃ʒ
cõmẽta. ⁊ ſequentium. tertio poſitioneʒ Gentilis.

¶ Quãtũ ad primũ ſupponit̃ primo: ꝙ loqmur tantũ Pri͂a ſup
de febre putrida ſalubri pẽdẽte a materia nõ reducibi poſitio.
li ad benignum. Nã de alijs morbis hic non pertinet:
⁊ ſi non eſt ſalubris nõ cadit dubitatio: ⁊ ĩ materia que
reducitur ad benignum conſtat ꝙ cũ cõplemento di/
geſtionis non ſtat febris ab illa mã.

¶ Notandũ ſcḋo ꝙ mãerũ febriũ quedã dñr ſub for/ Secunda
ma cãe cõiuncte: ⁊ q̃dã ſub forma cãe antecedẽtis: nõ ſuppõ.
ꝙ in oĩ febre ſit neceſſarium aliquã eſſe mãm q̃ ſit ſub
forma cãe antecedẽtis: ſed ꝙ ita põt eẽ. Ille dñr ſub
forma cãe cõiuncte: quarũ forma actu ĩmediate cauſat
febrẽ. verbi grã. cũ colera eſt putrida actu in tertiana:
⁊ ab ea eleuat̃ vapor putridus cõicatus cordi: tũc cali
ditas aggregata ex ea que eſt in mã colerica putrida:
⁊ ex ea q̃ eſt in vapore putrido ĩmediate inducit febrẽ
in cor: nec ĩmediatius vna q̃ʒ reliqua ꝑ viã cãe recte:
ſi eſſemus duo hoies trahẽtes cũ vna chorda vel dua
bus vnũ currũ: vterqꝫ traheret ĩmediate chordã: nec
vnus mediãte alio: ſʒ vterqꝫ eẽt partiale agens reſpe
ctu totiꝰ motus ⁊ ĩmediatũ: ⁊ hoc mõ ſi eſt ignis pe/
dalis applicatꝰ cõbuſtibili pars remotior a cõbuſtibili
agit ĩ combuſtili: nõ q: ꝑ agit in ꝑtẽ ĩmediatã: ſʒ am/
be medietates eq̃ ĩmediate ꝑ viã cãtionis faciunt ca
liditatẽ ĩ combuſtibili. Et ſic tã caliditas putredĩalis
humoꝝ q̃ʒ caliditas putredinalis vaporis eſt cã cõiun
cta: ⁊ ita vterqꝫ. ſ. vapor ⁊ colera dr̃ ſub forma cãe con
iũcte: ille vero dñr ſub forma cãe antecedẽtis: que quã
uis ſint cãe febris: nõ tñ ĩmediate: ĩmo ꝓ quãto ſunt
cãe: ꝙ alie faciãt febrẽ. verbi grã. Socrates hʒ.10. vn
cias colere in venis: ⁊ q: virtꝰ a tãta colera grauat̃: iõ
mouet̃ ad ipſam expellẽdã extra venas. Sʒ tñ q: non
põt totũ pellere pellet vnã vel duas vncias que putre
ſiẽt agitate hoc mõ: ⁊ illa colera q̃ remanet ĩtra venas
nõ eſt putrida: nec putreſit ꝓ tũc. Ideo dicimus ꝙ ip
ſa nõ eſt ſub forma ĩmediate cauſante febrẽ putridaʒ:
q: nõ hʒ illũ putredinalẽ calorẽ q cauſat febreʒ: ſed q:
ſtimulãdo virtutẽ fuit cã: ꝙ ille due vncie ſunt mote a
nã ⁊ expulſe a natura ⁊ facte putride: ideo dicimus ꝙ
mediantibꝰ illis motis cauſant febrẽ: ⁊ dicunt̃ ſub for
ma cauſe antecedentis. Ex quibus colligere potes ꝙ
non ſolum putrida caliditas vaporis: ſed etiam illa q̃
eſt in humore: eſt cauſa coniuncta febris.

¶ Tertio notandũ ex ſuperiꝰ dictis ꝙ diſtinctio tẽpo
rũ febris penes mãe alterationẽ non ſoluʒ intelligit̃ ⁊ Tertia
inuenit̃ in febribꝰ que ſolũ hñt vnicã ⁊ eandẽ mãʒ ſub ſuppõ.
actu putredinis a principio vſqꝫ ad finẽ. Sʒ in interpo
latis ⁊ cõtinuis ꝓportionalibꝰ: aliter enim vt ibi dicit̃
iſta pars ſciẽ de tẽporibus morbi ad cognoſcẽdũ ſtatũ
futurum nullius eſſet vtilitatis: q: nõ eſſet niſi in illis:
in qbus iſta tempora inueniuntur ⁊ ille nulle ſunt aut
quaſi: ⁊ hic non inſto propter preterita.

¶ Quarto pĩcipalr̃ nõ: ꝙ pauciſſime ſunt putride fe Quarta
bres ĩ qbꝰ mã cãtura eas tota ſil' trãſeat ad formaʒ cãe ſuppõ.
cõiũcte. Prĩo.n. ꝯſtat ꝙ ĩterpolate pluriũ poxyſmorũ
nõ ſunt tales cũ mã ꝓmi poxyſmi tota reſoluat̃ anteq̃ʒ
ſcḋs ĩcipiat: aut faltẽ incineret̃: ita ꝙ ille cinis nõ ẽ am
plius vehiculũ putredis. In ꝯtinuis ẽt ꝓportionalibꝰ

UVA. BHSC. IyR_044_2

hn̄tibꝰ plures exacerbationes mä ſcd̄e nō ē illa q̄ fuit
mota in p̄ma. In cōcluſis pꝫ ꝙ in augmaſtica quaſi cō
tinue aliqd tranſit in putredinē: ita in homotena ⁊ ꝑ/
augmaſtica: vt infra ab Aui. h̄. caplo de febre ſangui
nis. Alique tn̄ ſunt vt tertiana vnici ꝑoxyſmi: ⁊ ſites.

Quinta ſuppō.

¶ Quinto nota: ꝙ lꝫ due febres ſint vnius ſpēi: nō tn̄
opꝫ ꝙ ſimilē oīno modū obſeruēt ī ꝓportōe materiei
que tranſit ad putredinē in ſecūdo paroxyſmo ad mäꝫ
que trāſiuit in prīo: imo cōtingit ī iſtis multa varietas
verbi grā. ꝙ ī vna tertiana ī ſecundo paroxyſmo plus
tranſit de materia ī cām coniūctā q̄ꝫ ī p̄mo: ī alia vero
tertiana trāſibit minus: ⁊ ī aliqua equalr̄. hoc ꝓbatur.
naꝫ ī cōtinuis ſanguineis contīgit partibꝰ ſequētibus
plus trāſire ī putredinē q̄ꝫ ī equali tēpore tranſibat in
ī precedētibus. vt pꝫ ī augmaſticis: qn̄qꝫ autē minus
vt ī ꝑaugmaſticis: qn̄qꝫ equalr̄ vt in homotenis: ſꝫ nō
minus pōt hoc ꝯtigere in interpolatis q̄ꝫ in cōtinuis.
igiť ⁊ in interpolatis ⁊ cōtinuis poterit eſſe hec varie
tas: hoc ēt pꝫ ad experientiā. nā qn̄qꝫ videmus tertia
nas habētes primū ꝑoxyſmū fortiſſimū oīum ſequen
tiū ⁊ cōtinue quēlibet ſequētē minorē reſpectu p̄cedē
tis: qn̄qꝫ videmus ecōtra: qn̄qꝫ fere equales. Id tn̄ qd̄
plurimū accidit ē ꝙ prīo ſunt breuiores. ⁊ cū minꝰ for
tibus accn̄tibꝰ: ⁊ poſt ſunt fortiora accn̄tia ⁊ tp̄s dura
tionis lōgius: ⁊ harū diuerſitatuꝫ cā eſt in p̄paratione
mäe vtplurimū: qꝛ in principio ſit multa parata moue
ri a virtute: aut ꝑꝑ ſui ſubtilitatē: aut qꝛ valde a beni/
gno ſeꝑata: aut qꝛ valde acute qualitatis ⁊ ꝑtes ſequē/
tes minus ꝑticipēt hmōi diſpōnibꝰ: qn̄qꝫ ꝯtingit ecō
tra: id tn̄ qd̄ plurimū accidit eſt ꝙ mäe nō multū diffe
rūt in mō digōnis: ⁊ a p̄ncipio materia ē magis cruda
⁊ magis benigno cōmixta: iō nā nō pōt ita multā mäꝫ
ſimul mouere: ſꝫ ꝓcedēte tp̄e ſubtiliať mä ⁊ a calore nä
li: ⁊ ꝑꝑ febrē: ⁊ natura agit ſeparando paulatine: ⁊ mä
ēt ſit in ſalubribꝰ per digōnē obediētior virtuti: ⁊ ideo
plus moueť in vno paroxyſmo de mä. quare facit pa/
roxyſmū lōgiorē ⁊ intēſiorū accidētiū vſqꝫ ad ſtatū in/
cluſiue. ¶ Ex hoc ſequiť prīo: ꝙ nō opꝫ in febre putri
da ſalubri ſemꝑ in ſtatu plus de mä eſſe ſub forma cāe
cōiuncte q̄ꝫ in p̄ncipio: nec ꝙ ſemꝑ ſit minus. nā vt di
ctū eſt vtrūqꝫ cōtingit ⁊ qn̄qꝫ cōtingit equalr̄: ⁊ hoc lo
quēdo de ſtatu quo ad materie digōnē. ¶ Sequiť ſecū
do: ꝙ nō ſemꝑ in ſtatu febris putrida eſt maior q̄ꝫ ī p̄n
cipio: nec ſemꝑ eſt minor: īmo vtrūqꝫ cōtingit in ſalu/
bri. Correlariū hoc mō ꝓbať: materia quātūcūqꝫ dige
ſta in ſtatu: nō tn̄ ē ita benigna quin faciat febreꝫ. igiť
ꝑ materie multitudinē pōt febris ita maiorari ꝙ erit
maior ⁊ fortior ⁊ magis preter naturā q̄ꝫ fuit in princi
pio. Et in hoc vr̄ Bertucinus bononiēſis in iſta q̄ōne
minus cōſiderate dicere: q voluit ꝙ ſemper in ſtatu fe
bris eſſet minor morbꝰ in ſalubri ēt nō obſtāte multi/
tudine mäe: qꝛ mä eſt magis benigna. nā nō eſt ita be
nigna quin eius putredo faciat febrē: ſed magis mali/
gnā febrē ⁊ magis p̄ter naturā facit multa mä q̄ꝫ pau/
ca alijs paribꝰ: igiť ita poterit multiplicari reſpectu il/
lius q̄ in principio mouebať ꝙ maiorē faciet febrē. Et
ſili mō ꝓbať. ꝙ nō ſemꝑ eſt minor in ſtatu. Et ego te/
ſtor me curaſſe plures tertianas non puras ⁊ flegmati
cas valde diuturnas: in quibꝰ non apparuit hypoſta/
ſis laudabiliſſima niſi in vltimis ⁊ leuiſſimis paroxyſ/
mis. ¶ Ex hoc ſequiť tertio ꝙ tēpora diſtincta penes
materie alterationē ⁊ penes accidētia nō ſemꝑ coinci
dunt: īmo multis vicibꝰ accidit cōtrariū: maxīe in cro/
nicis: lꝫ in acutis ēt hoc cōtingat: ſed rarius. pꝫ. cū nō
ſemꝑ cū cōplemēto digeſtionis ſint accn̄tia fortiora:
nec cōia: nec ꝓpria morbo. ¶ Sequiť quarto ꝙ aliqn̄
contingit febrē in ſtatu eſſe eque intenſam ⁊ eque ma/
gnum morbum ſicut in principio: ex quo. n. pōt eē ma
ior ⁊ pōt eſſe minor: ſequitur ꝙ aliqn̄ pōt eſſe eq̄lis: ⁊
ſic pꝫ: ꝙ qd̄ nr̄a pro nulla ꝑte p̄t vlr̄ terminari niſi alr̄
termini limitenť. Tamē ſciendū ꝙ antiq: ſicut Bertu
tius ⁊ alij q ſequunť viā Pluſq̄ꝫ cōmētatoris: nō limi
tabāt: niſi mō ſupradicto. ſ. ꝙ ſit febris putrida ⁊ ſalu/
bris. hanc. n. vlr̄ dicūt in ſtatu eē minorē vt vr̄ ſonare
ſentētia Gal. ſcd̄a particula in cōmē. (Inchoātibꝰ mor
bis.) Mihi tn̄ videť ꝙ ſi concedāt multitudinē mate/
rie facientis febrē alijs paribus eſſe cām febris fortio
ris ⁊ maioris: ⁊ cū hoc concedant ꝙ poſſibile eſt in ſta
tu materiā ſub actu putredinis eē multā ⁊ ī principio
paucā: ꝙ ad iſta ſequiť ꝙ poſſibile eſt in ſtatu ſalubris
febris ipſam eē qn̄qꝫ maiorē q̄ꝫ in principio: cū cōtin/
gat aut ita multā eſſe in ſtatu materiaꝫ ꝙ plus excedit
febris ꝑꝑ quātitatē materie febrē principij q̄ꝫ ꝑꝑ mali
tiā in principio excedat febrē ſtatus: vtraqꝫ enim mali
tia eſt finita: aut igiť ita paucā contingit fuiſſe motā in
principio: aut ita multā in ſtatu: ꝙ eſt maior proportio
quātitatis in ſtatu ad quātitatē in principio q̄ꝫ malitie
materie in principio ad malitiā ī ſtatu: ⁊ ꝑ ꝯn̄s in p̄nci
pio eſt minor. ¶ Gētilis vero ī ſua magna q̄ōne videť
limitare ad febres īcipiētes ab vna materia que tota
moueť ad putredinē in p̄ncipio: ⁊ ita ad ſtatum duciť
ſine noue materie aduētu ad putredineꝫ: ita ꝙ in ſtatu
ſit futura criſis. Iſto enim mō ponit ſuū caſum: in quo
terminat q̄ōnē: ⁊ ſi ꝓſpiciať illud: qd̄ dixi de tp̄ibꝰ fe/
bris: cōſtat ꝙ ſolū in talibꝰ dicit diſtingui ꝓprie tp̄a ſꝫ
tranſmutationeꝫ materie: vt ſupra dixi. Sed ꝙ iſte ſūt
pauciſſime aut forte nulle: ideo autores nō ſolū d̄ iſtis
loquunť. vt Gal. ⁊ alij qui docent artem operandi pro
euacuando ⁊ cibando fundatam ſuper his diſtictioni/
bus temporū ⁊ malignitatis. nā nō facerent ex iſtis ca
ſibus raris generales regulas. Si vero dicať ꝙ Gen/
tili ſufficit ꝙ dicať de febre ſeruāte materiā ad vnam
expulſionē creticam: tūc cōſtat ꝙ in ꝑaugmaſtica qn̄
ſit criſis: in ſtatu tn̄ nō exiſtente fortiſſima ꝑte ſaltē quo
ad illud: in quo nō ſit criſis: ⁊ ſic nō generaliter in ſta/
tu eſſet maior febris cū hac limitatione. Qꝫ ſi dicat in
ꝑaugmaſtica nō ſeruari materiā ad vnā expulſioneꝫ
creticā: qꝛ multū diſſoluiť ante criſiꝫ: tūc ſumus ī illis:
in quibus nō multū diſſoluiť ante criſiꝫ ⁊ iſte ſunt pau
ciſſime: cum ſ̄m Auic. infra a quolibet humore putrē/
te faciente febrē eleueť fumus ⁊ vapor ꝙ nō fieret ni
ſi aliqua pars diſſolueretur. ⁊ ideo quaſi nulla talis in/
ueniretur. ¶ Videť ergo mihi ꝙ qd̄ noſtra debet limi
tari alijs paribus exceptis illis: in quibus ſit cōpara/
tio ⁊ neceſſario ſequentibꝰ: ⁊ iō iuxta regulā ſcd̄i ꝯple/
xionū in cōparationibus ſeruādā: ita ꝙ petamus: vtꝝ
febris putrida ſalubris ex materia n̄ reducibili ad be/
nignū in ſtatu ſit maior q̄ꝫ ī p̄ncipio ſuppoſito ꝙ p̄ciſe
tanta ſit mä ſub forma cāe ꝯiuncte in hora ſtatus: ſicut
fuit in p̄ncipio vniuerſali partes ſtatus ſibi ꝓportiona
libus in p̄ncipio cōparādo: ita ꝙ ſi eſt continua q̄ꝫtum
plus eſt diſſolutum in hora ſtatus q̄ꝫ fuerat diſſolutum
in p̄ncipio tm̄ plus tranſiuerit in tp̄e intermedio in pu
tredinis actū. Et ſi eſt interpolata ꝙ p̄ciſe tm̄ de cauſa
an̄te tranſeat ad formā cāe ꝯiuncte in ſtatu in vno pa/
roxyſmo: q̄ꝫtum tranſiuit in paroxyſmo principij.
¶ Sexto p̄ncipalr̄ eſt notādū ꝙ digeſtio que vocatur
maturatio in nocitiuo nō reducibili ad benignuꝫ: ⁊ eſt
vt p̄pareť ad expulſionem: eſt multoꝝ modoꝝ. nā qn̄/
qꝫ materia eſt inepta digeſtiōi ꝓpter modū aliquē ſub
ſtantie: qꝛ ſi. verbi grā. nimis ſubtilis: vn̄ faciliter imbi/
bitur ⁊ indiget ingroſſari: ſicut ſepe ſit in catarro ſalſo:
⁊ ēt in acutis febribꝰ: aut eſt nimis groſſa: vn̄ non pōt
per vias ſtrictas facile penetrare: ⁊ indiget ſubtiliatio
ne. Aut eſt nimis viſcoſa adherens parietibus mem/
bri: in quo continetur: ⁊ parata adherere parietibꝰ vie
per quam hꝫ tranſire: ⁊ indiget inciſione: qn̄qꝫ autē eſt
inepta: qꝛ nō obtenta a calore naturali: ita ꝙ ſibi cōue
nienter dominetur: ita vt currat debitā proprietas in/
ter nām ⁊ talē humoreꝫ: per quam ille humor paratus
eſt expelli

UVA. BHSC. IyR_044_2

ē expelli. verbi grā. cōtingit ꝙ incipit aliqua tertiana
a colera nimis ſubtili: ꝛ in principio nulla hypoſtaſis
apparebit. Silr̄ qñqꝫ incipit a nimis groſſa: ꝛ ēt in pn
cipio nō apparebit hypoſtaſis. Et silr̄ qñ inciperet a
colera nō viſcoſa: nec multū groſſa: nec multū ſubtili:
adhuc in principio non apparebit hypoſtaſis: qꝛ non
pōt virtus tā cito talē feciſſe trāſmutationē: ꝛ ſic appa
ret ꝙ humor ē crudus: ꝛ ꝙ virtus nō ita illi dominaꝛ:
ſicut qñ hypoſtaſis apparebit. In iſto ergo hūore non
ſit digō que ē preparatio humoris in modo ſubſtantie
ſed que ē alteratio: per quā humor qui primo nō erat
multum obediens: ꝛ aptus obtineri a calore naturali:
iā obtineꝛ: ꝛ hoc modo in homine habente ſanguinē
optimū in modo ſubſtātie qñ ex percuſſiōe fit apa ma
gnū: ſanguis faciēs apa ꝛ qui venas exit: lꝫ nō peccet
groſſitie: aut ſubtilitate: aut viſcoſitate: tñ indiget ma
turari ad curā apatis: ꝛ tandē multotiēs in ſaniem cō/
uerti: ꝛ ita maturatio ē illa quā maxime attēdimus ī fe
brib⁹. nā ſi ſolū ſubtiliatio vel talia ſufficerēt ad haben
dam hypoſtaſim laudibile haberemus in prima die fe
bris a tali materia pēdētis hypoſtaſim. Item hypoſta
ſes laudabiles non oporteret ꝙ eſſent albe: qꝛ colera
rubea facta mediocris non eſt alba: nec melancolica:
nec ſanguis. Et nos conſideramus digeſtionē: merito
cuius apparet hypoſtaſis laudabilis ſubſtantie: ideo
tempora morbi ſalubris ſm̄ hanc maneriē digeſtio
nis attenduntur.

Septima ſuppoſitio

¶ Septimo notādū: ꝙ de hac ꝑprie manerie digōnis
cadit dubitatio. vtrū ſolū competat humori qui ē ſub
forma cauſe cōiuncte: aut ſolū illi qui ē ſub forma cāe
añcedētis aut ambob⁹. Et qdā ātiq̄ ī hac re multū du
bitauerūt. Ego tñ puto ꝙ digō hoc mō pōt fieri in cā
añcedente ꝛ pōt fieri in cā ꝯiuncta. nā ī apatib⁹ nō ca
dit dubitatio: ꝙ qñ flegmon ſaniaꝛ mā putrida actu di
geraꝛ ꝛ in ſaniē ꝯuertaꝛ. de humorib⁹ aūt q̄ ſunt putri
di in venis ē expſſe mens Gal. pri̊o de differētijs fe/
briū capl̄o. 6. vbi dixit: ꝙ putredo humoꝝ q̄ ſunt ī ar/
tarijs ꝛ venis ē ſilr̄ illi qui ē ſm̄ apata. Sed vincente
natura fit pus in apatibus laudabile: in humorib⁹ ve/
ro qui ſunt ſm̄ artarias ꝛ venas ꝓportionale puri: illō
ſcilicet qd̄ in vrinis ſubſiſtit. Et ſic manifeſte vult Gal.
ꝙ ſicut in apatibus materia actu putrida ꝯuertitur ad
ſaniem per digeſtionem: ita in venis materie putride
per digeſtionem cōuertuntur ad id: quod eſt hypoſta/
ſis in vrina: de qua tamen re latius dixi ſecūda primi
in qōne de hypoſtaſi ſube nālis: oſtendendo qd ſit: ḋ
humore ꝟo q̄ ē ſub forma cāe añcedētis etiā nō cadit
dubitatio. nam in iterpolatis putredo nō ē intra vēas
vt Auic. dicet infra: ꝛ hypoſtaſis laudabilis pncipalr̄
ſignificat digōnē humoꝝ q̄ ſunt in venis: vt Auic. di/
cit. 2. primi capi. de hypoſtaſi. ꝛ Gal̄. primo de criſi.
Cum igitur in febrib⁹ interpolatis ꝯſideremus hypo
ſtaſim ad cognoſcēdam digeſtionem: ꝛ illa pncipaliter
ſignificat digōnem humoꝝ qui ſunt in venis: ſeqtur ꝙ
illi digeruntur: ſed ipſi non ſunt ſub forma cauſe ꝯiun
cte cū nō ſit putredo in venis: igiꝛ ſub forma nō cō
iuncte: ꝛ ſic humor qui ē ſub forma cāe añtis digeriꝛ ꝛ
ꝑprie. ¶ Et tu ex his conſidera q̄ꝫtum extranee Cō/
ciliator dr̄ia. 150. dicit de hac re. nam imaginaꝛ ſolum
vaporē putridū eſſe cām ꝯiunctā. Et hic ē error: vt i/
fra dicam: humorē aūt actu putridū eē cām quodāmo
do mediam inter añcedentē ꝛ ꝯiunctā: ꝛ humorē qui
nondum ē putridus eſſe cām antecedētē: ꝛ vult ꝙ cāe
vere coniuncte parum cōuenit digeſtio: qꝛ non habet
ſubſtātiam impedientē: ſed merito qualitatū: quib⁹ eſt
rebellis nature fumus putridus aliquo modo ꝛ parū
digeraꝛ: humori vero q̄ ē cā media ꝑprie ꝯuenit dige
ſtio ꝛ per ſe: qꝛ iſte eſt ille: in quo opꝫ facere ceſſare pu
tredinē manente ſuba: quod proprie ē digeſtio ꝑ ſuā
diffinitionem poſitam tertio tegni. Sed in humore
q̄ eſt ſub forma cāe antecedētis ꝓcedit digeſtio impro
prie: qꝛ talis non facit ceſſare putredinē: cum nō hēat
eam: ſed qꝛ humor talis hꝫ viſcoſitatem vel groſſitiem
ipedientē euacuationis effectū: ideo ſibi cōuenit illaꝝ
diſpōnū remotio: que quodāmō pōt dici digeſtio: vt
pꝫ per auctores. Error aūt eius ꝛ multorū q̄ ante ipm̄
fuerūt ē: qꝛ dictū Gal̄. 3. tegni. qñ dicit digō ē altera/
tio faciens ceſſare putredinem manēte ſubſtātia. itelli
gunt tanq̄ꝫ diffōnē digeſtionis ī nocitiuo: qd̄ minime
eſt verū. vt pꝫ: qꝛ multi hūores mali ñ putridi digerū
tur. Sed Gal. ibi dicit: ꝙ ſi febris pendet ab humore
putrido due ſunt pro cura ſimplices intentōes: quarū
vna ē alteratio: ſed non quelibet alteratio ſufficeret ꝑ
cura: ſed illa que facit ceſſare putredinem manēte ſub
ſtātia humorū. Et hoc qñ pōt fieri ꝙ per digōnē hu/
mor reducaꝛ ad benignum: qñ eniꝫ putredo eſt remiſ/
ſa: hoc ē poſſibile. Si aūt hoc nō pōt fieri: tunc dꝫ fieri
euacuatio. Et pro iſta euacuatione qñqꝫ vt ad eā pre
paremus: indigemus alio mō digōnis q̄ non ē cōuer/
ſio ad benignū. Sed vide que dixi in illo loco in expo
ſitione quā feci ſuper tegni. Nō tñ dico ꝙ quelibet cā
cōiuncta vel humor ſub forma cāe cōiūcte ſit digeſtibi
lis. nam forte quādo eſt propinquus incinerationi nō
recipit digōnē: ſed ſolū reſolutionem ꝛ expulſionem:
eſto ꝙ ſit humor faciens morbū ſalubrem.

Octaua ſuppoſitio

¶ Octauo notandū: ꝙ in febribus: in quib⁹ aliqua eſt
materia ſub forma cāe antecedentis ſalubrib⁹ vtpluri/
mū tota illa mā cōtinue poſt principiū vſqꝫ ad ſtatū di
gerēdo ꝓcedit: qꝛ nā cōtinue conaꝛ digerere: ꝛ ſi dñaꝛ
digerit: ꝛ hinc eſt ꝙ vtpl̄m mā q̄ in ſcdo paroxyſmo
interpolate moueꝛ ad faciēdā febrē ꝛ ad actū putredi/
nis: hora qua moueꝛ eſt magis digeſta q̄ꝫ erat illa que
mouebaꝛ prius. Et ita imaginemur de ꝯtinuis de ma
teria poſt principiū trāſeūtē ad putredinē: ꝛ dixi notā
ter vtpl̄m: qꝛ hoc ē verū in materia vniformi vel quaſi
vniformi: ſꝫ in materia multū etherogenea hoc nō ita
hꝫ veritatē: qꝛ nullā claudit repugnātiā ꝙ materia eſt
magis digeſta que primo mouet. ꝛ poſtea vna magis
cruda mouebiꝛ: ꝛ hoc multū accidit in flegmatica ꝑp
difformitatē: ꝛ ideo in ea tēpora cōfunduntꝛ: ꝛ multo/
tiens in morbis poſt quos ſunt vere recidiue hoc idē
accidit: ꝛ ideo plurimum hoc fit in cronicis ꝛ in acutis
min⁹. ¶ Ex his ſequunꝛ plura correlaria. Primū: nō
omnis digō in materia que ē cauſa febris eſt in mate/
ria putrida. pꝫ de illa que eſt in materia ſub forma cau
ſe antecedētis. ¶ Scdm̄ correlariū: in plurimis mate
rieb⁹ que ſunt cā febris ꝓcedit digeſtio: in quibus nō
procedit putrefactio. iſtud pꝫ de eiſdem materiebus.
¶ Tertiū correlariū. vt in pluribus in materia que ē
in ſtatu ſub forma cāe cōiuncte nō cōtinue a principio
vſqꝫ ad ſtatū proceſſit putrefactio. iſtud pꝫ: qꝛ vtpluri/
mū materie: que in ſtatu ſunt ſub forma cāe coniuncte
inceperunt putrere poſt principiū. nam de interpola
tis multoꝝ paroxyſmorū cōſtat ꝙ illa que putret in pa
roxyſmo ſtatus nō putruit in aliquo precedente paro/
xyſmo. Et in cōtinuis plurimis habentibus exacerba
tiones cōſtat ꝙ materia exacerbationis ſtatus non pu
truit in principio. In cōcluſis etiā hoc hꝫ veritatē pro
pter quaſi cōtinuū tranſitū materiei de antecedentis
forma in formā coniuncte. ꝛ ſic ſequiꝛ ꝙ in talibus ma
teriebus: que putrent hora ſtatus non cōtinue a prin/
cipio vſqꝫ ad ſtatum proceſſerūt digō ꝛ putrefactio:
quis enim dubitat ꝙ materia que facit paroxyſmū ſta/
tus ſub forma cāe coniuncte nō obſtāte ꝙ hora ſtatus
tranſitus in putredinē ſit mō ſuo complete digeſta: tñ
nunq̄ꝫ prius putruit: imo primo incepit putrere in pn
cipio paroxyſmi: ꝛ idē dr̄ de cōtinua ꝓportionali mul
tarū exacerbationū. Et ꝯ cōcluſa ē veriſimile ꝙ in. 14.
die nihil eſt de humore in primo die moto ad putre/
dinem: ſed totus tūc putridus fuit mot⁹ poſt pncipiū.

UVA. BHSC. IyR_044_2

¶ Ex his ſequiť quarto ꝙ lꝫ cōcedereť digōnēꝫ ⁊ pu
trefactionē poſſe ſil'r intēdi: ex hoc tñ nō ſeqtur ꝙ hoꝛa
ſtatus vtpl'm in febꝛibus putridis mā ſit magis putri
da q̄ꝫ fuit ī pꝛincipio. nā nō opꝫ ꝙ pluri tpe putruerit
materia que ē ſub foꝛma cāe cōiuncte in ſtatu q̄ꝫ illa q̄
fuit ſub foꝛma cāe cōiuncte in pꝛincipio: īmo ſtat ꝙ ꝑ
ciſe equali tēpoꝛe aut multo minoꝛi. hoc pꝫ pꝛīo in in
terpolatis: qꝛ in ſtatu materia que ē ſub foꝛma cāe con
iuncte incepit putrere in pꝛincipio paroxyſmi illius: ⁊
ita in pꝛincipio materia incepit putrere in prīcipio pa
roxyſmi pꝛincipij. igiť ſi ſumus in ꝑtibꝰ eque a pꝛinci
pio paroxyſmi diſtātibus in ſtatu ⁊ pꝛincipio vl'ibus:
tunc ille materie pꝛeciſe equali tpe putruerūt. Et ſi ſi
mus in ꝑte magis diſtāti a pꝛincipio paroxyſmi in ꝓn
cipio vl'i: tūc materia in illa pluri tpe putruerat q̄ꝫ mā
ſtatus in parte minus a ꝓncipio ſui paroxyſmi diſtan
te. Idē pꝫ de materia mota in ſtatu ad faciēdā exacer
bationē in cōtinua ꝓpoꝛtionali. Et ſil'r veriſil'e eſt ī cō
cluſa de plurima parte materie. ¶ Et tūc ſequiť qntū
coꝛrelariū ꝙ vera via ſoluēdi iſtā qōnē nō eſt ex hoc ꝙ
digeſtio ⁊ putrefactio poſſunt ſimul intēdi: lꝫ Gētilis
iſtam putauerit clauē ſolutionis huius dubij. Et pꝫ h̄:
qꝛ iſto conceſſo nō tamē ſequitur in ſtatu vniuerſali pu
tredinē eſſe intēſioꝛē in materia q̄ꝫ fuit ī pꝛincipio niſi
ſolum in caſu: in quo vnica materia a pꝛincipio vſqꝫ ad
ſtatū putruerit: ⁊ digeſta fuiſſet que eſſet tota moꝛbi cā
ī quo caſu nō fuerūt locuti auctoꝛes nr̄i. Hip. ⁊. G. cū
ſint caſus rariſſimi: a quibꝰ tales regule non ſumūtur:
quas voluit vt in pluribus verificari.

Nona ſup poſitio. ¶ Nono notādū: ꝙ ꝓpꝛie illud dicimus magis putri
dū qȯ magis appꝛopinquať termino vltimato putre
factionis. Nā cū putrefactio ſit ꝓm cōpōnēꝫ vocabuli
trāſmutatio: qua aliqd fit putridū: videť id eſſe magis
putridū qȯ magis participat termino putrefactionis:
q eſt incineratio. ¶ Et ꝓm hāc ſignificationē ſequiť cla
re: ꝙ non opꝫ materiā magis putridā eſſe calidioꝛē q̄ꝫ
cū erat minus putrida. nā qñ materia ē vicina termīo
incinerationis ⁊ pauca humiditate participat: ꝯſtat ꝙ
mitius eſt calida q̄ꝫ qñ multa humiditate participabat
⁊ hoc declarant ſtercoꝛa que fumāt ⁊ ad tactū ſunt val
de calidioꝛa q̄ꝫ qñ iam ſunt cōuenientia vt plātis ſub
mittanť: ⁊ ſunt vicina incinerationi ⁊ multo pluri tēpo
re putruerunt. ¶ Ex quo ſequiť ꝙ tā putrida pōt eſſe
materia in pꝛincipio ſalubꝛis febꝛis: ſicut erit in ſtatu.
nā in pꝛimo paroxyſmo ita ad incinerationē terminať
materia putrida faciēs febꝛē: ſicut in paroxyſmo ſtatꝰ:
⁊ per ꝯñs vtraqꝫ ad terminū venit putrefactionis vlti
matū. ¶ Nota tñ ꝙ quidā volūt putredinē nō eē aliȯ
q̄ꝫ caloꝛē ex̄neū fixū ī mixto putreſcēte q facit putrefa
ctionē. Et moueť qꝛ Aui. in ſcd̄a pꝛimi dixit in capl'o
de cauſis calefaciētibꝰ: ꝙ intētio putredinis eſt: vt cali
ditatem extraneam inuenire faciat ⁊ non aliud. ſi ergo
putredo non eſſet niſi caliditas. Et ſecūdo mouentur:
qꝛ in eadē ſecūda pꝛimi ponens exemplū cauſe cōiun
cte febꝛis dixit ꝙ ē putredo: conſtat autē ꝙ cā īmedia
ta caliditatis febꝛis putride eſt caloꝛ humoꝛis putridi
vel vapoꝛis vel amboꝛū: ⁊ ſic putredo non eſſet niſi ca
loꝛ: ⁊ ꝓm hoc poſſet pꝛobabiliter dici ſolū illū eſſe ma
gis putridū qui eſt magis calidus putredinali caloꝛe:
⁊ tunc limitabitur notabile noſtrum ⁊ coꝛrelarium lo
co illius nominis putridū ponendo illud nomen pu
trefactum ⁊ erit veruꝫ omni modo. Et tu pꝛo hac mā
vide illa que dixi in diffuſa qōne de quiditate putrefa
ctionis. ¶ Ex his pꝛimo ſequiť ꝙ ita putrefacta pōt
eē mā in pꝛincipio vl'i febꝛis putride ſalubꝛis ſicut in
ſtatu. Pꝛobať materia faciēs pꝛimū paroxyſmū tertia
ne vel q̄rtane incinerať ꝑ putrefactionē in illo poxyſ
mo vt infra habebitis: igiť venit ad ſūmū gradum pu
tredinis vel putrefactionis: qꝛ ad vltimū terminū qui
eſt incineratio. ¶ Nota tñ hic ꝙ cōtingit humoꝛē mi
nus putrefactū eē magis malignū. Cū. n. vnuſ humoꝛ
ſit alio malignioꝛ abſqꝫ putredine: nō eſt mirandū ſi ſi
milis gradus putrediniſ in intētione ducat ad maioꝛē
malignitatē: de hoc tñ dicemuſ infra. vñ ēt vna febꝛis
q̄ eſt alia febꝛe remiſſioꝛ: caloꝛ eſt tñ multotiens mali
gnioꝛ: vt pꝫ in peſtilētialibꝰ. Et ſic alique māe ad ſum
muꝫ veniētes putrefactionis: minꝰ tñ nocent q̄ꝫ alie cū
ſatis remiſſo gradu putredinis. Hoc etiaꝫ pꝫ in apati
bus in quoꝝ vna mā putrefacit omne vicinū qȯ ab ea
tangiť ⁊ in alio fiunt reſolutio vl' ſaniatio laudabilis vt
vꝫ in antrace maloꝛ: ⁊ in flegmone ſaluo.

Decia ſup poſitio. ¶ Decimo notandū ꝙ digeſtio facta in mā ⁊ ſi nō ꝓhi
beat putredinē futurā in eadē mā: tñ facit materiā illā
paratā putrere minus maligno mȯ putrediniſ q̄ꝫ ſi nō
fuiſſet digeſta alijs paribus. Hoc notatū quātū ad pꝛi
maꝫ partē. pꝫ: qꝛ in ſtatu mā eſt ſumme digeſta ꝓꝫ mo
dum loquēdi medicoꝝ: ⁊ in declinatiōe vera. fiunt tñ
febꝛes putride: qȯ nō eſſet niſi in mā ꝯplete digeſta di
geſtione in nocitiuo poſſet accendi putredo. Et pars
ſcd̄a patꝫ ex Gal. in pꝛimo de criſi loco allegato ſupꝛa
vbi dixit: ꝙ nō eſt poſſibile apparēte ſedimine lauda
bili ꝙ febꝛi ſit difficultas vel dñiuꝫ. Et idē ſentit Aui.
ſcd̄a quarti cū dicit capl'o de ſigniſ digeſtiōis: Et ſcias
ꝙ nō fit febꝛis cuꝫ appitione digeſtiōis ſublimatio: ſi
cut neqꝫ fit cū digeſtione apatis doloꝛ vehemens. Et
hoc nō eſt niſi: qꝛ cū digeſtione māe nō ſtat ꝙ alijs pa
ribus moueať ad ita malignū moduꝫ putredinis ſicut
ante niſi ēt ita eſſet digeſtio apparenſ in vꝛina cōplete
nō opoꝛteret ꝙ eſſet ſignum ſalutis.

Undecia ſuppoſitio ¶ Undecimo notandū nō eſſe ipoſl'e: ꝙ in eandē māꝫ
agat caloꝛ nālis ⁊ caloꝛ ꝑter nām ſimul: vnus digeren
do alter putrefaciendo. Et hoc ꝓbat Gen. multis me
dijs: maxīe tñ eſt claꝝ in mā apatis q̄ actu putret: ⁊ tā
dem in ſaniē laudabilē ꝯuertiť ⁊ putret ⁊ ebulit foꝛtiſ
ſime in tpe: in quo ſanies gñať: ⁊ qꝛ fit putredo humo
rum in vaſis vt in artarijs ⁊ venis: ē ſil'is illi que eſt in
apatibus: vt ꝓmo di: de differentijs febꝛium capl'o. 6.
Ideo ēt in putrefactione humoꝝ q ſunt in venis ꝯtin
git cōiungi digeſtioni hoc planiſſime colligiť a Gal.
pꝛimo de criſi capl'o. 18. vbi vult ꝙ ſupfluitas in hoꝛa
ſue digeſtionis. ſ. dū digerebať gñauit febꝛē ⁊ bulliuit
⁊ ſupcalefacta eſt. Cōſtat aūt ꝙ illa hoꝛa nō gñaret fe
bꝛem niſi putreret. igiť ſimul fit cum eſt hoꝛa ſue dige
ſtionis. ſ. hoꝛa q̄ digeriť. Ibi. n. poſtq̄ꝫ narrauit caſū
euthiſim pleuretici ſue anxij: ⁊ dixit ꝙ poſt criſim di
minutaꝫ. 20. diei in die. 27. rediuit febꝛis ⁊ apparuit
in vꝛina ſedimē laudabile: ita dicit ad l'raꝫ. Et ꝓm hāc
ſemitā accidit euthiſim hoc illud: qȯ accidit ei de redi
tione febꝛis ad euꝫ: ⁊ illud ideo qñ ſupfluitas q̄ remā
ſit poſt criſim diminutā: que aduenit ei ꝑpea ꝙ calefa
cta eſt ⁊ bulliuit in hoꝛa digeſtionis generauit febꝛē
que aduenit ei ante criſim. hec Gal. Et mihi videtur
planiſſime ipſum velle hanc ſniam: non ergo ampliuſ
laboꝛabo ad hanc ſnīaꝫ rōne declarandā: qꝛ ſatis dixi
in qōne de putrefactione.

Duodecia ſuppoſitio ¶ Duodecimo nota: ꝙ agentibꝰ caloꝛe nāli ⁊ ꝑter nāꝫ
in vnā māꝫ qñqꝫ ꝯtingit ꝙ nālis vincit: qñqꝫ ecōtra ꝙ
vincit caloꝛ putredinalis: qñqꝫ ſunt in pugnis q̄ſi equa
libus. Exēplum pꝛimi: ſicut qñ gñať ſanies laudabiliſ
aut laudabiliſſima: aut quādo in febꝛientis nutrimēto
agunt caloꝛ febꝛilis ⁊ nālis: vincente tñ naturali: qꝛ tā
dem ipſum nutrimētū in ſubſtantiā coꝛpoꝛis cōuertit.
Exemplū ſecundi: ſicut mā antracis moꝛbili ⁊ cācre
ne ⁊ herpetis eſtiomeni: in qbus virus coꝛruptū gña
tur ſine ſignis digeſtionis. Exēpluꝫ tertij: ſicut qñ ge
nerať ſanies nō ex toto laudabilis: que quodāmō equa
liter ꝑticipanſ ī coloꝛe ⁊ modo ſubſtātie diſpoſitioni
bus quas intēdit caloꝛ nālis: ⁊ diſpōnibus quas intē
dit caloꝛ putredinalis. Cuꝫ tñ vincit nā qñqꝫ ꝯtingit ꝙ
vincit ex toto: ſicut in vā nutritiōe: ⁊ ſicut in gñatione
ſaniei

UVA. BHSC. IyR_044_2

ſanieï laudabiliſſime: q̃uis .n. caloꝛ naturalis in ſanguine putrido nõ reducibili, ad benignũ nõ ĩtroducat diſpoſitiones quas pꝛincipaliter ĩtendit in ſanguine: tñ ita vincit ꝙ reducit ad id: qḋ in ſanguine tali ⁊ taliter putrido pꝛincipaľr intendit: vel ĩ eo: qḋ ex tali ſanguine generaẗ. Et hoc dixit Gal. j. de differentijs febꝛiũ cum dixit cap. 6. Certiſſime aũt dñante nã optimuꝫ fit pus viſuꝫ qdē albũ ⁊ cetera q̃ ſequunẗ. Ego tñ ĩ qõne quaꝫ diſputaui ſup affo. (Circa pꝛincipia ⁊ fines.) dixi ꝙ in generatione ſaniei nõ ex toto vincit nã ad aliũ intellectũ: qꝛ ꝓpter malignã putredinē ꝓhibeẗ nã ne ad benignũ ⁊ cõueniens nutrimentũ deducat dictũ ſanguinem vt pꝛincipaliter intenderet deducta putredine: quãdoqꝫ aũt nõ vincit ex toto: ſed tñ deficit a victoꝛia quãtũ deficit a diſpoſitione: quã vltimate intendit in talē materiam inducere. Queſtio. 3.

**Hic tamen** cadit dubiũ. vtrum qñ humoꝛ ĩ venis eſt pfecte digeſtus digeſtiõe in nocitiuo ſit actu hñs putrefactionē: aut nõ. pꝛimo vr̃ ꝙ nõ: qꝛ ſic ſe hꝫ humoꝛ cũ eſt pfecte digeſt⁹: ſicut ſanies laudabiliſſima: ſꝫ in illa nõ ē putrefactio. vt dicit Auic. 4. q̃rti capľo de ſermone vľi vlcerũ: ⁊ ego dixi in qõne de ſanie. pꝛia affo. ¶ Sꝫ ꝙ ſit in ea putrefactio. pꝫ: qꝛ dũ fit criſis laudabiliſſima: eſt ſũme digeſta: ⁊ tamē eſt putrida. aliter nõ faceret febꝛē. ergo ⁊c. ¶ Cõfirmaẗ. putredo ⁊ ebullitio materie per quã ſit a caloꝛe naturali nõ a febꝛili. Sꝫ diſpõnes q̃ fiũt a caloꝛe naturali ꝓ materia expellēda ſunt de materie digõnis cõplemēto. igiẗ tunc eſt cõplete digeſta cũ actu eſt putrida. maioꝛ eſt Gal. j. de criſi capľo. 15. vbi dixit: ꝙ ex eis q̃ ſignificant ꝙ ei⁹ calefactio ⁊ ebullitio .ſ. materiei facientis moꝛbũ in anxio pleuretico nõ fuerunt niſi ex opere caloꝛis ĩnati in ea: nõ ex operatione caliditatis febꝛilis: eſt nã dierũ in qb⁹ oſtēſa eſt opatio. vr̃ ergo ꝙ vult calefactionē ⁊ ebullitionē fieri a calido ĩnato nõ a febꝛili. ¶ Hic diciẗ: ꝙ mã dr̃ cõplete digeſta qñ ipſa ſm ſpēm ſuã eſt ita trãſmutata vt ſit obtẽta a nã .i. fcã obediens nãe ꝑ debitã ꝓpoꝛtionabilitatē currentē inter nãm ⁊ dictã mãm: ita vt domineẗ ei ⁊ faciliter ipſa mã obediat: ⁊ hoc ꝓpter ꝓpꝛietatē currētē acq̃ſitaꝫ in mã: per quã fit receptiua operũ q̃ intendit nã. Et complementũ talis digõnis põt eē in hũoꝛe putrido actu: ⁊ põt eſſe in humoꝛe nõ putrido: ⁊ cũ dr̃ ꝙ humoꝛi putrido digeſto eſt addita diſpoſitio a caloꝛe nãli: que eſt ebullitio: ⁊ ꝑ cõſequens iſta diſpoſitio eſt ps digõnis: ⁊ illa caret materia nõ putrida: ⁊ ꝑ cõſequens nõ ē cõplete digeſta: dr̃ negãdo: ꝙ hec ebullitio eſt pars digeſtionis: qñqꝫ tñ addiuuat ꝑ accidens ad cõplēdã digeſtionē: nec opꝫ oēm diſpõnē acq̃ſitã a nãli caloꝛe eē digeſtionē: ēt ſi ĩtendaẗ: ſicut. ḃbi gr̃a. reſolutio hũoꝛis q̃ in vapoꝛem cõuertiẗ nõ eſt digeſtio: ⁊ tñ a natura intendiẗ maxime loquendo de digõne ꝓpꝛie dicta: de q̃ dixi intelligi cũ per eã diſtinguimus tēpoꝛa moꝛbi. iſta enim eſt ꝑparatio in modo mixtionis talis: vt inde ſequatur ſuboꝛdinatio appꝛopꝛiata per ꝓpꝛietatē in humoꝛe ad obediēdũ virtuti expulſiue ⁊ ſubtiliatio groſſi: ⁊ ĩgroſſatio ſubtilis nõ dicunẗ digeſtiones huiuſmodi. Nã multotiens humoꝛ valde groſſus melãcolic⁹ ē digeſt⁹ ſumme hoc mõ digõnis. Et tu iſta cõſidera.

13. Suppoſitio. ¶ Ultimo notandũ: ꝙ licet in febꝛe duo ſint conſideranda ſcilicet caliditas ⁊ pꝛeternaturalitas: que ſunt requiſita ad hoc vt ſit febꝛis: tamē iuxta doctrinaꝫ Gal. febris nõ dicitur maioꝛ febꝛis aut foꝛtioꝛ: qꝛ ſit magis pꝛeter naturam: aut magis maligna. pꝛima pars hui⁹ notabilis eſt clara. ſcḋa vero eſt Gal. tertio de criſi capitulo quarto vbi pꝛimo ita dixit. Per maneriem vero egritudinis intelligo vt ſit maligna aut ſalubꝛis: ſed illud non cognoſcitur niſi ex accidentibus que comitantur ipſam: ⁊ Hippo. quidem iam narrauit omnia ſigna iſta: aut plurima eoꝛum in libꝛo pꝛonoſticorum: ⁊ tibi quidem neceſſarium eſt vt ingredi faciaſin numero hoꝝ ſigna q̃ ſignificãt digõnē ⁊ ei⁹ ꝯꝛiũ. Quãtitas aũt foꝛtitudĩs egritudĩs ⁊ motus ei⁹ ſunt poſtea que diximus: ⁊ illud ideo qm̃ ĩuenis febꝛē leuē debiľr ⁊ hꝫ cum hoc manifeſte malignitatis valde: ⁊ inuenis aliã calidã adurentē: ita vt ex ea accidãt egro triſtitia ⁊ inflãmatio ⁊ ſitis mirabilis: ⁊ eſt cũ hoc ſalubꝛis in q̃ nõ eſt timoꝛ: hec Gal. in qbus manifeſte febꝛē magis malignã vocat leuē ⁊ debilē: ⁊ minus malignam põit pꝛo contraria: ⁊ ſic pꝛo foꝛti: malignioꝛ aũt ꝓculdubio eſt magis pꝛeter nãm: ⁊ ſic illa que eſt magis ꝑ̃ter nãꝫ eſt minoꝛ febꝛis: ⁊ hanc diuerſitatem parum infra ḋdit intelligi eodē capľo: cũ per alia ſigna voluit cognoſci manerië febꝛis ⁊ ꝑ alia foꝛtitudinē ⁊ debilitatem.

Opinio pluſq̃ cõmẽtatoꝛiſ.

**Quantum** ad ſcḋꝫ articulũ ꝓ itellectu pluſq̃ Cõmē. ⁊ Dyni ⁊ ſequentium eos: nota ꝙ hic loq̃mur de ſtatu quo ad materie digeſtionē: ⁊ ſcḋo ꝙ in moꝛbo ſalubꝛi: ⁊ tertio ꝙ in mã q̃ in ſtatu facit febꝛē cũ conditiõibus ſupꝛapoſitis cõtinue ꝓceſſit digeſtio a pꝛincipio vſqꝫ ad ſtatum: ⁊ quarto ꝙ digeſtio alijs paribus facit mãm putrere minus mala putredine. Hec quattuoꝛ patent in notatis ſupꝛa poſitis. ¶ Quinto nota: ꝙ in rõne febꝛis includũtur duo: vnũ eſt ꝙ ſit caloꝛ. aliud ꝙ ſit ꝑ̃ter nãm: ⁊ rõne vtriuſqꝫ põt dici febꝛis maioꝛ .ſ. aut qꝛ ſit magis pꝛeter nãm aut qꝛ ſit intēſioꝛ caloꝛ: hoc ſupponũt: ſꝫ nõ ꝓbãt aľr. ¶ Et ſexto ꝙ accñtiũ q̃ ſunt in moꝛbo: quedã ſunt ꝓpꝛia moꝛbo: q̃dã ſequũtur moꝛbũ ⁊ incitatõeꝫ nature. ¶ His habitis eſt iſtoꝝ ꝯcľo. Oĩs febꝛis ſalubꝛis maioꝛ eſt in aliq̃ pte ꝑ̃ncipij q̃ꝫ in aliq̃ pte ſtatus. Hãc pꝛobant auctoꝛitatibus ⁊ rõnibus. Et notetis: ꝙ iſti non ita ſe reſtringunt vt dixi in reſtrictione tituli: ſꝫ volunt vľr ꝙ oĩs febꝛis putrida ſalubꝛis in aliq̃ parte pꝛincipij eſt maioꝛ q̃ꝫ ipſamet ſit vel ſit futura in aliq̃ pte ſtatus ſui. Hanc dicunt expꝛeſſe eſſe de mēte Gal. cõmẽto illius apho. (Inchoãtibus moꝛbis): vbi Gal. dicit: ꝙ cãm accñtia facietēꝫ que eſt moꝛbus neceſſe ē in ſaluãdis eſſe minoꝛem in ſtatu q̃ꝫ in pꝛicipio. ¶ Rõ pꝛima eſt iſta. mã putret minus mala putredĩe in ſtatu q̃ꝫ in certa parte pꝛincipij: ergo minoꝛē facit moꝛbum: qꝛ minus pꝛeter nãm. Aſſumptũ ꝓbaẗ: qꝛ materia ē magis digeſta. igiẗ ſi putret alijs paribus mĩus mala putredine putret q̃ꝫ ĩ certa parte ꝑ̃ncipij: tꝫ ꝯñа ex quarto ſuppoſito: ⁊ aſſumptũ ſeq̃tur ſi eſt in ſtatu: ⁊ fuit in ꝑ̃ncipio ex deſcriptiõe eoꝝ. ¶ Scḋo: qꝛ in ſtatu taľ febꝛis virtus hꝫ maioꝛē ꝓpoꝛtionē ad materiã moꝛbi q̃ꝫ in ꝑ̃ncipio. igitur materia minoꝛē ad virtutē alterãdã: ⁊ per ꝯñs minus alterat: ⁊ moꝛb⁹ cũ fiat a materia erit minoꝛ. ¶ Tertio. continue poſt pꝛincipiũ talis moꝛbi ſalubꝛis coꝛpus moueẗ ad ſanitatē: qꝛ vadit ad illaꝫ: ⁊ digeſtio cõtinue ꝓcedit: ergo ꝯtinue poſt minus ꝑticipat termino a quo q̃ eſt egritudo. In ſtatu igiẗ egritudo eſt minoꝛ: cũ tunc coꝛpus magis ſit motũ ad ſanitatem q̃ꝫ in ꝑ̃ncipio. ¶ Et q̃rto: qꝛ in ſtatu accñtia ꝓpꝛia moꝛbi ſunt remiſſioꝛa q̃ꝫ in ꝑ̃ncipio: vt pꝫ in pleureſi ſuppurãda: in qua facta ſanie doloꝛ eſt mĩoꝛ q̃ꝫ in ꝑ̃ncipio: ⁊ tñ doloꝛ pungitiuus eſt de ꝓpꝛijs accidētib⁹ illius moꝛbi. ¶ Ego tñ vt ſupꝛa dixi: puto hãc opĩoneꝫ ita large intellectã nõ eſſe verã: ꝓpter id qḋ dixi in limitatione tituli. Et ꝓpterea ꝙ vt ſupꝛa dr̃ non vꝫ argumentũ. iſte caloꝛ eſt magis pꝛeter nãm: ergo eſt maioꝛ ⁊ foꝛtioꝛ febꝛis. ſtat .n. maioꝛē febꝛē eſſe minus malignã: ⁊ ſic minus ꝑ̃ter naturã. Puto tñ iuxta menteꝫ Gaľ. ꝯcedēdã ēt ſine limitatiõe poſitã ſupꝛa eſſe hanc cõcľonem. oĩs febꝛis putrida ſalubꝛis in hoꝛa ſtat⁹ eſt minus maligna q̃ꝫ fuit in certa pte ꝑ̃ncipij: imo q̃ꝫ fuit in aliq̃ pte pꝛincipij. ¶ Ad hanc cõcluſionē ꝓbãdam ſuppono ꝙ vna febꝛis dicaẗ alia malignioꝛ: qꝛ ꝑiculoſioꝛ ad moꝛtē. ꝓbatur ſuppõ. niſi ita eſſet: iſta ꝯña non valeret: aliqua febꝛis lenta eſt maligna: ⁊ aliqua adu/

rens faciẽs ſitiz mirabilẽ eſt manifeſte ſalubris. igitur
differũt magnitudo febris ꝛ malitia: qꝛ ſi nõ dicatur
magis maligna abſolute pp magnitudinẽ piculi: ſꝫ pp
magnitudinẽ accñtiũ exitiũ in ea de pſenti: poſſet di/
ci ꝙ illa maligna eſt: tñ fortioꝝ accñtium. Et tñ Gal.
vult illã ꝯſequẽtiã valere virtualr̃: cum ex illo voluerit
dare hãc dñiam: vt pꝫ in auctoritate ſup̃ allegata ĩ vl
tio notabili. ¶ Scdo ſuppõit: ꝙ febres ſalubres ſunt
magis piculoſe ĩ pncipio q̃ꝫ in ſtatu. Hec ſuppõ pꝫ: qꝛ
in ſtatu ꝓo ꝛ puro tota mã febris eſt digeſta: ꝛ idõ pro
tũc eſt ſignũ certũ future ſalutis. In pncipio ãt mã eſt
cruda: igiť tunc febris eſt piculoſior. ¶ Ex his ſtatim
ſeqtur ꝯclo: qꝛ in illo tpe ẽ febris talis deterior: in quo
eſt magis periculoſa: ꝛ hoc eſt in pncipio. Et iſtud ad
hũc ſenſuz itellexit raby moyſes: cũ dixit ꝙ egritudo
in tpe ſtatus de neceſſitate eſt melior qñ ĩfirmus debꝫ
ſaluari: ꝛ trãſlatio burgũdionis in cõmẽ. apho. Circa
pncipia ꝛ fines: dicit: ꝙ melior eſt morbꝰ in ſtatu in ſal
uãdis. Et ꝯñr ꝯcedẽdũ eſt neutralitatẽ pcedentẽ talez
febrem fuiſſe maligniorẽ febre in ſtatu. Quinĩmo di/
ſpoſitiones multe apparẽter ſalue ſunt hmõi: ꝛ hꝫ ma/
xime hꝫ veritatẽ vbi a pncipio morbi vſqꝫ ad ſtatũ nul
la eſt noua mã ſub forma cãe añcedẽtis ex errore acci
dẽte ſup ĩfirmũ. nã poſſet in hora pncipij ita eẽ modi/
ca materia ꝛ tã multa ex errore ĩfirmi in ſtatu ſub for/
ma cãe añcedentis: ꝙ ꝯclo nõ hẽt veritatem.

¶ Et ſcdo puto verꝫ eſſe ꝙ poſita paritate: de qua di/
ximus ſupra. oĩs febris putrida ſalubris eſt mĩor ꝛ de
bilior in ſtatu q̃ꝫ in pncipio ptes pportionales inuicez
cõpando ſtatꝰ ꝛ pncipij: ꝛ poſita paritate in gradu pu
tredinis: lꝫ nõ in malitia. nã ſi nõ plus de materia trã
ſit in cãm ꝯiunctã in hora ſtatꝰ q̃ꝫ trãſiuit in tpe pnci/
pij: cũ putredo ſit minus maligna: puto ẽt ꝙ minorez
cauſabit febrẽ: ꝛ hoc mõ puto Aui. intelligere ſcda q̃r
ti caplo de iudicijs digõnis cũ dixit: ꝙ non eſt ſubli/
matio febris cuꝫ apparitione ſignoꝝ digeſtionis ſicut
non eſt cũ digõne apatis dolor fortis: hoc tñ ſcdm eſt
male experimẽtabile: qꝛ non ſumus certi vnq̃ꝫ: ꝙ quã
do materia eſt digeſta preciſe tm̃ trãſit in cãm ꝯiunctã
quãtum trãſibat in pncipio: ꝛ ſic nõ ſcimus certe q̃ꝫtuꝫ
gradum caloris: ꝛ qũo fortẽ faceret: ſi pciſe tanta trãſi
ret in formã cãe ꝯiuncte. Et rõ nũc facta: nec aliq̃ alia
quã noui me certificat. poſſet. n. dici ꝙ nõ obſtante ꝙ
trãſeat in modũ putredinis ſecurũ: verũ eſt cũ maiori
gradu caloris putredinalis: ꝛ facit febrem fortiorem:
lꝫ non maligniorez q̃ꝫ in principio.

¶ Et tertio ꝯcedẽdũ eſt in talibꝰ febribꝰ ſeruantibus
materiã ad vnũ creticã expulſionẽ febrẽ eſſe maiorẽ in
ſtatu q̃ꝫ fuit in pncipio. nã iſta vꝫ expſſe mens Gal. lo/
co allegato vbi dixit ſcdo de criſi caplo. 2. ꝙ febris in
principio eſt pauca ꝛ debilis reſpcũ eius: qđ eſt qñ eſt
cõpleta ꝛ fortis: ꝛ ſimilr̃ in primo cũ poſuit dñiam iter
fortẽ ꝛ malignã voluit illã que erat adurẽs ꝛ cũ ſiti eſſe
maiorem illa que eſt qeta ꝛ ꝯſtat ꝙ hoc eſt in ſtatu ta/
lium febriũ ꝛ quies in principio. preterea magnitudo
ꝛ fortitudo ſignoꝝ ſignificãtiũ ſpeciẽ egritudĩs: ꝛ que
ſunt illius accñtia ſignificãt fortitudinẽ febris: ſꝫ talia
ſunt fortiora in ſtatu. igiť maior eſt Gal. 3. de criſi ca/
pitulo. 4. cũ dixit: ꝛ oñdimus ꝙ natura egritudĩs co/
gnoſciť ex accidẽtibus que ſunt ei ppria. Et fortitudo
egritudĩs cognoſciť ex q̃ꝫtitate iſtorũ accñtium. ſ. que
ſunt ppria illi ſpeciei egritudinis: ꝛ legenti textum pꝫ
ꝙ per accidentia propria hic intelligit illa que fiunt vi
morbi nõ incitatione nature. Nã rigor in tertiana cuꝫ
horripilatione ꝛ punctura ponitur ſcdo de criſi ĩter ac
cidẽtia propria tertiane: ꝛ iſte non fit ſine incitatõe na
ture ad materiam expellendam. intelligit igiť ppria il
la que appropriate accidunt in tali morbo: ꝛ tunc pꝫ
minor: qꝛ in tertiana in ſtatu qñ reſeruať materia mõ
dicto eſt rigor fortior: calor acutior: pulſus maior velo
cior ꝛ frequentior: caliditas p totũ quaſi equalis: ſudor
plurimus: ꝛ iſta ſunt accidentia appropriate acciden/
tia in tertiana. igitur accidẽtia talia ſunt in ſtatu maio/
ra: in iſtis tamẽ febribꝰ multo plus de materia eſt ſub
putauit inſolubilẽ. nã ponat ꝙ ſortes ſit ethicus: ⁊ ſu/
perueniat putrida: que pendeat a ſanguine exiſtẽte in
corde: ⁊ poſito in calefacto eẽ. ergo poterit eẽ caleſa/
ctuꝫ. tunc in iſto caſu in ſorte ⁊ corde ſuo gñatur ſpũs:
⁊ pñt gñari in calefacto eẽ. ergo poterit eẽ calefactũ
eẽ ſpũum in corde: cum calefacto eẽ humoruꝫ. ma/
ior pbat: qꝛ ſocrates viuit: ⁊ opꝫ a corde gñari ſpũꝫ: q
ſup totũ mittat. Et minor pbatur: qꝛ ſi repugnat iſtos
ſpũs gñari cum calefacto eẽ: aut hoc eſt ex parte agẽ
tis. ſ. cordis: ⁊ hoc nõ: qꝛ cor eſt iaꝫ in calefacto eẽ: aut
ex pte materie. ⁊ hoc nõ: qꝛ mã gñationis iſtorũ ſpiri/
rituum eſt ſanguis q eſt in calefacto eẽ. ergo etiã nul
lo repugnat ſpiritus. ergo gñabunt in calefacto eẽ in
corde: ⁊ ſic erit ibi necio effimera cũ putrida ⁊ ethica.
¶ Addunt tamẽ iſti doctores ꝙ qꝛ calor putride eſt for
tior calore effimere: ⁊ ſua ſigna obtenebrant ſigna effi/
mere: ⁊ qꝛ curata putrida poſtea effimera nõ durat no
tabiliter imo dicunt cõmuniter medici: ꝙ eſt quedam
mala ꝯplerio ex febre relicta quando hoc mõ infirmi
remanent. ideo nõ curauerunt autores noſtri loqui de
iſta cõplicatione relinquentes hoc noſtre diſcretioni.
Opio pro pria. ¶ Ego aũt nõ video quare nõ ſit ꝯcedẽdũ ꝙ pro aliq̃
paruo tpe poſſit ꝯplicari effimera cũ putrida: marime
ꝯcedẽte effimera. Et puto hoc eẽ verũ: ſꝫ nõ mõ a me
dico digno curari. Utrũ aũt putrida poſſit calore ſuo ⁊
hũore, a qbꝰ pẽdet cãre effimerã: ꝓ uto ꝙ nõ maxie in/
ductus experiẽtia: quã ſupra dixi: ꝙ poſt paroxyſmũ
tertiane non videt̃ etiã in colerico: ⁊ in eſtate remane/
re febris: imo mũdificant̃ oẽs. Et qꝛ rationes Genti/
lis non concludunt cõtra hoc: ſoluã illas: marie vt ſal
uet Gal. loco allegato. Et Yſaac ꝑ de febribꝰ. cap. vl/
ti. vbi dixit: ꝙ effimera põt eẽ cã aliorum modorũ fe/
bris: ſed ꝙ ipſa non poteſt ab alijs cauſari: qꝛ nõ habꝫ
materiã: que poſſit retinere calorem ceſſante alia febre
que eſt cauſa. ¶ Ad primam ergo rationem Gẽti. ne
go ꝙ calefactum eẽ ſpirituũ in corde ſtet cuꝫ febre pu
trida illiꝰ cordis tẽpore notabili: puta duabus vel tri
bus horis: imo ſi putrida inuenit calefactũ eẽ in hu/
moribus ſit ille calor nõ fixus ex opere putride febris
⁊ ſuarũ cauſarũ. Et cõcedo ꝙ in homine aliquo febriẽ
te in principio effimere ſint humores parati: vt in ho/
ra moueant̃ ad putredinẽ: ſed cũ dicit̃ ꝙ poſtq̃ erunt
moti: ab hoc remanẽt. xxiiij. hore effimere: hoc negat̃:
imo dico ꝙ nõ erit valde notabile tps: in quo deſinit
eẽ calefactum eẽ in ſpiritu ꝓpter caliditatẽ putride
febris: que ſubtiliet ⁊ moueat ſpiritũ: ita vt ab eo exa/
lent partes: merito quarũ calor erat fixus. Intenditur
ergo calor in ſpiritu: ſed deſinit eẽ fixus vltra menſu
ram naturalem: non dico ſubito: ſed in valde paruo tẽ
pore. vnde de illo non curat medicus. Et proteruus
poſſet dicere ꝙ anteq̃ ſint hoc modo parati humores
vt faciant putridam ſunt ſpiritus ita ſubtiliati: ⁊ ſm
partem reſoluti: vt non poſſint calorẽ detinere. ¶ Ad
ſecũdũ principale negat̃ prima cõſequẽtia. nam calidi
tas medicine calide in tertio quãdo figet calorẽ in ſpi/
ritu: non ita fortiter aget: ſicut cor febriẽtis putride in
ſubtiliando ſpirituꝫ: ⁊ ſequeſtrando partes: que eſſent
cauſa retentionis caloris: ⁊ ſi eſſet calor eque intenſus
non oportꝫ ꝙ ſit eque potens ⁊ applicatus equaliter.
¶ Ad ſcõm negat̃ antecedens: ꝙ quẽcũq; gradum re
cipit ſpiritus ab aliquo agente poſſit ab eodem recipe
re in facto eẽ. ſ. in dependente. naꝫ videmus ꝙ aqua
bulliens multos gradus caliditatis põt facere in ferro
aut carnibus: ⁊ ſimilibꝰ: nullũ tamẽ talẽ põt facere fixũ
in eis: ⁊ ita agens nimis fortiter agens ⁊ ſubtilians ſpi
ritũ: eo remanente ſpiritu: non opꝫ ꝙ agat calorẽ qui
figatur: nec aliquis talis gradus eſt terminus motꝰ in
actu modo loquendi Cõmen. 5. phyſi. large tamen lo/
quendo non ſequit̃. eſt terminus motus. ergo eſt in fa
cto eẽ modo medicor: ſed tantũmodo phyſicor: qꝛ
eſt productus: lꝫ dependens. ¶ Ad tertiũ eiuſdem ne
gatur ꝯña. naꝫ humor in bubone non agit: eo mõ in
ſpirituꝫ: quo cor febriẽs febre putrida: imo cor multo
fortius. ¶ Ad rões Thome pꝫ ꝙ pria ẽ ſoluta negã/
do cõſequẽtiã. ¶ Et ad ſecũdã dicit̃: ꝙ repugnat non
ex parte ſanguinis: ſed ex parte ſpiritus qui generat̃:
⁊ cordis agentis: qui eo mõ illum generat: vt non ſuf/
ficiat detinere calorẽ illuꝫ. ſicut ex flãma ſit fumus ſub/
tilis non potens detinere calorem. Et ex hoc patet ꝙ
quando cauſe primitiue mouẽt ita vt putrefiat humor
modo quo faciat putridã: tũc non ſit effimera. ¶ De/
inde cum dicit.

¶ Et ſunt quidam hominum qui eſtimant ꝙ fe
bris effimera non ſit niſi ex labore ſpiritus ⁊ cor
poris. ⁊ illud eſt error.

¶ Hic narrat falſam opinionem circa cauſas effimere
dicens: ꝙ quidam ſunt qui exiſtimant ꝙ effimera non
accidat niſi ex labore ſpiritus ⁊ corporis: ſed iſtud ẽ er
ror. nam experientia notat ꝙ vinuꝫ ⁊ medicina calida
⁊ ſol ⁊ multa talia faciunt effimeram.

¶ Et iſte quidem ſm plurimum recedunt in die
vno: ⁊ raro pertranſeunt tertium diem. nam ſi p/
tranſeant illam quãtitatem eſtimatur deeſſe ea/
rum ꝙ ipſe permutant̃. Et intentio quidem per/

UVA. BHSC. IyR_044_2

mutationis eſt: ꝙ retentio caliditatis pertranſit ſpiritum: aut ad corpus aut humorem: licet ſint de hominibus qui dicant: ꝙ ipſa quandoqꝫ remanet ſex diebus: ⁊ conſumitur integra conſumptione: cui non eſſet ſimilis: ſi permutaretur ad aliud genus.

¶ Hic facit qđ dixit dicens: ꝙ iſte febres ſm plurimũ recedunt in die vno: ⁊ raro pertranſeũt tertiũ. Et ſi tranſeunt illum exiſtimat̃ ꝙ permutant̃.ſ.ad aliud genus. Dicit ſecũdo quo ad hãc partẽ: ꝙ intẽtio pmutatiõis qñ dicimus ꝙ effimera permutat̃ eſt intẽtio: ⁊ retẽtio caliditatis pertranſit ſpiritũ: ⁊ peruenit aut ad corpus aut ad humorem: ita ꝙ in illis retinet̃ caliditas: ⁊ tu hunc textum nota pro expoſitione mea ſupra: ꝙ in febre opꝫ caliditatem in aliquo eſſe fixam: qꝛ retineri: vt Auic. dicit hic. Nã fieri caliditatẽ eſt in humore ⁊ mẽbris et dum eſt effimera: ⁊ ſcđo hoc idẽ nota: ꝙ apud Auic. qñ trãſit retentio caliditatis ad humorẽ permutatur effimera: ⁊ non dicit. cõplicatur. Ex quo dat̃ intelligi: ꝙ non vult: ꝙ cõplicetur cuꝫ putrida. Dicit tertio quo ad eandẽ partẽ. ꝙ hoc eſt verũ: lꝫ aliqui dicant ꝙ qñqꝫ durat ſex diebus: ⁊ cõſumet̃ cõſumptione integra: quali non cõſumeret̃: ſi non eſſet effimera. Sed eſſet permutata ad aliud genus. Nec intelligitur ꝙ febris alterius generis non cõſumitur ante ſex dies. nã tertiana ⁊ multe peracute ante ẽt qñqꝫ in ſex dies terminantur eo modo: ⁊ cũ illis accidentibus: cum quibꝰ terminat̃ effimera. pure igitur ⁊ vere effimere terminant̃ in die vna: qꝛ ſpiritus cito diſſoluit̃: ⁊ cõtingeret renouatis cauſis: ꝙ plus duraret: ſed nõ pure: qꝛ cauſas habeat ꝑ quas ſpũs quaſi continuo recipit đ nouo calefactũ eſſe.ſ. alius ⁊ alius: vt qui ex oppilatione vel bubone: qñ qꝫ vſqꝫ ad ſex dies durant.

¶ Et hec qđeꝫ febris eſt facilis curationis: ⁊ difficilis cognitionis. ⁊ ſiſr principium ethice.

¶ Docet quõ effimera ſe hꝫ cuꝫ difficultate cognitionis ⁊ cure dicẽs: ꝙ iſta febris eſt difficilis cognitõis: ⁊ facilis curatiõis: ⁊ ſiſr principiũ ethice. Q̃ő.4.

Sed hic cadit dubitatio: qꝛ Gal. primo de differẽtijs febriũ dixit: ꝙ cognitio effimere non eſt difficilis in principio capl'i đ ſignis eaꝝ ⁊ idẽ dicit Yſaac.2. de febribus. Hic cõiter rũdet̃ altero duorũ modorũ. vnus eſt. ꝙ comparando effimeras ad putridas ſunt ipſe difficilioris cognitionis q̃ꝫ putride vtpl'm: ⁊ hoc ꝓpter leuitatẽ accidentium: ⁊ cũ hoc ſunt facilioris cure. cõparando ergo ad putridas pluri mum cõtingentes ſunt difficilis cognitionis: ⁊ facilis curationis. Galenus aũt voluit ꝙ cognitio earum erudito non eſt nimis difficilis cognitionis. alius modus dicit ꝙ in principio eſt difficilis cognitiõis: ſꝫ trãſacta febre in ſui fine facil'r cognoſcit̃ ꝙ fuit effimera: ⁊ primũ vult Auicẽ. ſcđm voluit Gal. ⁊ Yſaac. Q̃ő.5.

Secunda dubitatio ẽ: vtrũ principiũ ethice ſit ẽt hoc mõ difficilis cognitiõis: ⁊ facilis cure: vbi dꝛ ꝙ de difficultate cognitionis ethice in principio oẽs ꝯſentiũt: qꝛ corpora nõ opꝫ ꝙ ſint multũ extenuata: nec multũ a conſuetis opibus leſa: ⁊ patiẽtes nõ ſentiũt propriũ calorẽ: nec eſt multũ mordax caliditas. Sed de difficultate cure quidã mirant̃: ꝙ dicat̃ facilis cure reſpectu putridarũ: cũ ethica ponat calorẽ in facto in mẽbris ſolidis: ſed dicũt ꝙ eſt difficilis cure ethica in proceſſu: qñ iam extenuatio multum proceſſit. Si tñ ethica ꝓprehendat̃ valde cito: veriſil'e ẽ ꝙ cito curet̃. nã lꝫ calor ſit fixus: tñ nõ opꝫ multa eẽ fixionẽ: nec ipſam eẽ plurime intẽſionis. ⁊ ideo ꝑ ſola infrigidãtia remouet̃ ſenſibil'r. ego autẽ teſtor me non cognouiſſe ethicã: in qua nõ habuerim plus laboris q̃ꝫ in mediocri tertiana: verũ eſt ꝙ nõ veniũt cõiter ad medicos in principio: niſi ꝓcedẽte alia febre ⁊ qñ ẽ cõpoſita cũ putrida eſt difficilis cognitiõis ⁊ difficilis cure ꝑꝑ cõiunctionẽ cũ putrida. tu tamẽ nota ꝙ de difficultate cognitionis ethice ⁊ facilitate cure ſunt dicta Gal.8. terapẽ. in principio.

¶ Et homines quidem velocius cadentes in febres effimeras: ⁊ qui vehementius leduntur ab eis ſi erretur in eis: ſunt illi in quibus calor ⁊ ſiccitas ſunt magis vincentes: quoniam perueniũt velociter ad ethicam ⁊ tertianam. deinde illi: i quibus calor ⁊ humiditas vincunt: quoniam perueniunt velociter ad febreꝫ putredinis. deinde illi: in quibus calor eſt plus. deinde illi: in quibus eſt plus ſiccitas.

¶ Hic oſtendit que corpora ſunt magis ꝓpreparata ad eam: ⁊ ledi ex ea. Et diuidit in duas. primo facit hoc. ſecũdo ponit cañ. ibi ſcđa. (Et cũ illi.) Dicit primo ꝙ homines qui facilius cadũt in effimerã: ⁊ magis ab ea ledunt̃ ſi errat̃ in regimine ſunt primo calidi ⁊ ſicci: quia iſti ex ea cũ errat̃ perueniunt velociter ad tertianam ⁊ ethicam. ſcđo loco ſunt calidi ⁊ humidi: qꝛ iſti cum ſit error: cito cadunt in putridas. tertio loco ſunt calidi tãtum: quia ex caliditate ſunt magis parati inflãmari. quarto loco ſicci tñ qui cõſumuntur ſi in dieta erret̃.

¶ Et no. ꝙ forte cõcederetur ab aliquo ꝙ calidi tñ facilius cadunt i effimeras q̃ꝫ calidi ⁊ humidi: ⁊ hoc nõ obſtante ſunt poſiti in tertio loco hic. Ego tamen puto hunc ordinem eſſe verũ de facilitate caſus in effimeram ⁊ ethicã de nocumento copulatiuo.

¶ Et cum illi qui habet complexioneꝫ calidam ⁊ ſiccã accidit fames. ⁊ adueniũt cum ea vigilia ⁊ labor aĩalis: ⁊ labor corporeus: feſtinat ad ipſum febris effimera cum horripilatione quadaꝫ. ꝙ ſi non ſuccurratur ⁊ cibetur: ſtatim feſtinabit ad ipſũ febris putredinis.

¶ Hic ponit can. in quo dicit: ꝙ quando illi qui habet complexionem calidaꝫ ⁊ ſiccam accidit fames ⁊ labor corporeus ⁊ animalis ſimul ⁊ vigilia. tunc feſtinanter venit ad ipſum febris effimera cum quadam horripilatione. ⁊ hec horripilatio nõ accidit in talibus: niſi qꝛ iſti habet quoſdam humores acutos mordaces: q cuꝫ dictis circũſtantijs mouentur verſus cutem: ⁊ faciunt horripilationẽ. In effimera aũt merito ſui non fieret horripilatio: ⁊ hoc dicit Auic. i capitulo de ſignis effimerarum. Et ſubdit ꝙ ſi non ſuccurratur ei ⁊ cibetur: ſtatim feſtinat ad eum febris putrida. Et eſt ſententia Gale.10. terapentice. capitulo tertio. vbi ponit exemplũ iuuenis colerici exercitati ⁊ famelici: quem ſtatim cibauit.

## ¶ De ſignis effimerarũ in generali. Cap. 6.

De ſignis ꝓprijs eff. vide ab Auer.4. colliget. c. ꝓprio.

De proprietatibus earum eſt ꝙ ipſe nõ fiunt a cauſis antecedentibus.

¶ Hoc capitulum in rubro dicitur de proprijs ſignis effimerarum: per que diſtinguuntur ab alijs febribus: ⁊ maxime ille que ſũt vere effimere. Et diuiditur capitulum in octo partes: ſicut ſunt octo maneries congregationum ſignorum earum: ⁊ patebunt partes ſcribendo. Et prima eſt ꝙ ipſe non fiunt a cauſis antecedentibus: ⁊ hoc in principio ⁊ principaliter: ⁊ per antecedentes intelligimus omnes corporeas: tam antecedens q̃ꝫ coniunctas. nã iſte cum ſunt vere effimere: fiunt a cauſis primitiuis: vt dicitur ſupra: ⁊ ſumitur hic proprium pro eo quod non eſt effimera vera. Sed tamen Gale. primo de differentijs febrium ponit alteri conuenire: cum putrida poſſit

UVA. BHSC. IyR_044_2

poſſit incipere a cauſa primitiua. ⁊ ideo Galen. dicit hoc ſignū eſſe inſeparabile: non tñ proprium.

¶ Neqꝫ incipiūt cum coartatione: ⁊ eſt ꝙ ipſe non incipiunt ſm plurimum cum rigore ⁊ frigore extremitatū ⁊ profundatione caliditatis: ⁊ declinatione ad pigritiam ⁊ ſomnum: ⁊ ſubmerſionem pulſus: ⁊ ſubtilitatem eius: ⁊ diuerſitatem eius: ⁊ paruitatem ipſius: imo fortaſſe accidit in principio earū ſimilitudo frigoris ⁊ horripilationis ⁊ punctio: cuius cā eſt vapor chimi mali: ⁊ remouetur velociter: ⁊ accidit: ſed raro rigor ꝓpter multitudinē vaporū ledentium lacertos: propter punctionem ſuaꝫ ſuperflua multitudine.

¶ Hic ponit ſcđa congeries ſignorū: dicēdo ꝙ nō incipiunt cum coartatione. i. non incipiunt cum horripilatione ⁊ frigore extremitatum ſm plurimum: ⁊ cū ꝓfundatione caliditatis: ⁊ cū declinatione ad pigritiaꝫ: ⁊ ad ſomnū: ⁊ ad ſubmerſionem pulſus. ſ. paruitatis ⁊ duritatis al's diuerſitatis eius: ſed fortaſſis accidit in principio earū ſilitudo frigoris: ⁊ ſilitudo horripillationis: ⁊ accidit punctio ꝓpter fumū malum eleuatuꝫ ab humore malo qui eſt materia effimere: ⁊ remouetur velociter: ⁊ accidit: ſed raro rigor in principio pp multitudinē vaporū ledentiū lacertos punctione ſua ſuperflua multitudine: ⁊ cā illorū: que negant hec eſt: qꝛ in vera effimera vtplurimū nō eſt humor: qui cuꝫ mouetur ita vt faciat illa accidētia: ⁊ qꝛ cū caliditate circa ſpūm quādo aliqui humores pungitiui coniungant accidit ꝙ fiat ſimilitudo horripilationum ⁊ frigoris. Ipſis vero ſuis vaporibus mediantibus mordicantibus membra: non tamē ita vt inde ſequatur forte frigus: aut fortis horripilatio: ſed leues: quas Auic. hic vocat ſimilitudinem horripilationis ⁊ frigoris: ⁊ qꝛ cōtingit quādoqꝫ in talibus corporibus eſſe multitudinē humorū mordicantium: ſtat abſqꝫ illorū putredine fieri verum rigoreꝫ: ſed hoc eſt raro. Ex quo datur intelligi ꝙ etiā alia: vt ſomnus: ſubmerſio pulſus: ⁊ infrigidatio extremorum poſſunt accidere: ſed raro: ⁊ non fortes: ⁊ non ex parte ſubiecti: in quo fundatur in calefacto eſſe calor effimere: ⁊ hec maneries non ponitur a Gal. primo de differentijs febrium inter propria effimeraruꝫ tamen vtplurimum verificatur.

¶ Et eſt eius inflāmatio non mordicatiua aſpera: immo bona: ſicut caliditas corporis laborantis ⁊ ebrij.

¶ Hec eſt tertia aggregatio: in qua dicit: ꝙ īflāmatio effimere non eſt mordicatiua ſupple valde: ſed bona: ſicut calor laborantis ⁊ ebrij. Et conſtat ꝙ nō dicit bona reſpectu ſane: ſed reſpectu febrium aliarū: quarum calor eſt mordacior: qꝛ iſta fundamentum habet in re ſubtili ⁊ vaporoſa: ſicut in ſano laborante ⁊ ebrio: ⁊ calor ebrij eſt mitis propter vapores vini: ⁊ ſi contingat ex morbi ebrietate. vt in apho. (Si inebriat⁹ ⁊c.) tamen calor ebrietatis nō eſt mordax: nec interficit inquātum calor talis menſure.

¶ Et cū vrina eſt in primo die digeſta: ⁊ pulſus bonus: tunc iudica ꝙ eſt febris effimera: ⁊ illud ideo qm̄ vrina non alteratur in ea inquantū ipſa eſt effimera: ⁊ eſt ſedimen eius digeſtum non decliue ad colorem humoris: ⁊ eſt quādoqꝫ nubes eius pendens: quādoqꝫ eſt natans boni coloris: ⁊ quādoqꝫ accidit vt nō equetur calor eius: tamē eius ſubſtantia eſt equalis: ⁊ nō alteratur color ei⁹: niſi ꝓpter id qđ aſſociatur ei de cauſa alterationis vrine: quāuis non ſit illic febris effimera: ex eo: qđ dicemus in tertiana: ⁊ ſimilibus ei.

¶ Hec eſt quarta congregatio: in qua dicit primo: ꝙ cuꝫ vrina in prima die eſt digeſta: ⁊ pulſus bonus. tūc iudica ꝙ eſt effimera: ⁊ cauſa huius eſt: qꝛ in effimera vrina nō alteratur ex parte: que eſt effimera: ⁊ ſedimē eſt digeſtum non decliue ad colorem humoris: ſupple aliter qꝫ in tempore ſanitatis. Et quandoqꝫ hypoſtaſis eſt ſicut nubes pēdens in medio: ⁊ quādoqꝫ eſt natās boni coloris: ⁊ quandoqꝫ accidit ꝙ non equatur color eius. i. non fit color vrine temperate: ſed tamen eius ſubſtantia eſt equalis: cā tamen in variando colorem vrine non eſt niſi de cauſis: que variarent calorem vrine: eſto ꝙ ibi non eſſet effimera: ſicut ſunt cauſe: quas dicemus in tertiana ⁊ alijs: qꝛ. ſ. ex parte humorum. Et hec omnia intelliguntur vbi ſine effimera in tali corpore diceretur vrina apparere cum iſtis diſpoſitionibus. ſ. hypoſtaſi: aut nefili: aut enormia: ⁊ ratio eſt: qꝛ inquantū eſt effimera: non opꝫ humores eſſe permutatos a nālibus: ita ꝙ ꝓpter illud in vrina fiat variatio notabilis. ⁊ Gal. dicit hoc ſignuꝫ inſeparabile ⁊ proprium: ſupple vbi non ſit cauſa permutationis vrine ꝓpter effimerā ⁊ ſubiectū calefacti eſſe ea: ⁊ ſit vera effimera: ſed ex diſpōne patientis merito aliorū pōt cōtingere varietas: vt ſi eſſet oppilatus: ⁊ intelligatur inſeparabile ⁊ propriū reſpectu putridarū non incipiētiū a materia digeſta: ⁊ in tota die a principio appareat. Nam in tertiana: que complet tria tempora in primo paroxyſmo: ⁊ ſcđm facit declinando ī p̄mo die apparet complementū digeſtionis. Sed tamē permutatur calor notabiliter: qđ nō opꝫ in effimera.

¶ Et pulſus eſt decliuis ad ſpiſſitudinē ⁊ fortitudinem ⁊ magnitudineꝫ: niſi in ea que eſt a paſſionibus debilitātibus: ⁊ niſi fuerit in ſtomacho humor mordicatiuus: aut frigidus: aut cauſa alia de his: que mutāt pulſuꝫ preter febrē. Et raro quidem diuerſificatur: ſi vero diuerſificetur erit ei ordo. nā ſi diuerſificetur illud. tunc erit propter cāꝫ aliā antecedentē febrem: aut vicinātem ei: ſicut eſt labor vehemens: aut mordicatio vehemens in viſceribus: ⁊ ſilia his. Et quandoqꝫ accidit vt induretur pulſus ꝓpter frigus vehemens ⁊ inſpiſſans ⁊ infrigidans: aut ꝓpter caliditateꝫ ſolis vehementē exiccantem: aut propter vehementē laborem exiccantē: aut famē: aut anguſtias: aut vigilias: aut euacuationes: ⁊ quandoqꝫ feſtinat in eo dilatatio: ⁊ tardatur conſtrictio: ⁊ non feſtinat pluſqꝫ naturalis: niſi raro ⁊ cum velocitate pauca: quoniam neceſſitas euentationis in eo eſt vehementior qꝫ neceſſitas educendi vaporem corruptum. vapor namqꝫ in eo non eſt corruptus comparatione ſui ad equaleꝫ: immo eſt bonus comparatione ſui ad euꝫ. Et cuꝫ ambiguus ſit tibi pulſus: ⁊ conſtrictio ipſius: tunc ſcias ex anhelitu: ⁊ pulſus quidem reddit poſt eradicationem eius ad conſuetudinem eius naturalem in illo corpore: ⁊ hoc eſt ſignum bonum.

¶ Ponit aggregationē quintam ex varijs ꝯditionib⁹ pulſus: ⁊ facit duo. primo hoc. ſcđo ponit cañ. correctiuum circa dicta de pulſu ⁊ vrina. ibi. (Et ſcias).

¶ In prima dicit ſex. primū eſt ꝙ pulſus in effimera eſt decliuis ad ſpiſſitudinē: fortitudinem ⁊ magnitudinē: niſi in ea que ꝓuenit a paſſionibus debilitantib⁹: ſicut triſtitia: aut fuerit ī ſtōacho hūor mordicatiu⁹: vñ

UVA. BHSC. IyR_044_2

cor per ꝯpaſſionez debilitatur: aut fuerit in ſtomacho humor frigidus: eodez modo debilitans cor: aut alia aliqua cauſa de illis que mutãt pulſum in febre: ⁊ ſunt preter febrem. i. alie a febre. Naz in iſtis cauſis poteſt eſſe pulſus paruus ⁊ debilis: ſed q2 in effimera v̈a fine iſtis virtus eſt fortis: ⁊ neceſſitas aucta: nec inobediẽtia inſtrumenti eſt multa fiunt pulſus fortes magni ⁊ frequentes: ⁊ ſupple etiã veloces. ¶ Scõm dictũ eſt: ꝙ raro fit in effimera pulſus diuerſus: ⁊ ſi eſt diuerſus erit ei ordo: q2 non valde erit diuerſus: ⁊ nõ eſt in eo diuerſitas niſi ex cauſa alia antecedente febrez: aut ei vicina. i. cum ea copulata: ſicut eſt labor vehemens: aut mordicatio vehemens in viſceribus: ⁊ ſimilia his que ſupple ſine febre facerẽt diuerſitatez ĩ pulſu. Hoc tamen videtur falſum: cum ſtatim habebitur ꝙ diaſtole eſt velocior ⁊ frequentior ſiſtole: ⁊ ſic partes eiuſdem pulſus erunt diuerſe: tu tamen ſolue ex his que dixi ſupra ſcđa primi. vbi oſtendi in temperamento: quoniam omnes dicunt equaliſſimuz: non tamen eſſe equales quietes poſt cõſtrictionez: ⁊ poſt dilatationẽ: ita ꝙ negatur conſequentia: tenementi. ¶ Tertio dicit ꝙ quãdoqz in effimera eſt pulſus durus: ⁊ hoc aut pp frigus vehemens inſpiſſans: aut infrigidans: ⁊ ita indurans artariam: aut propter caliditatez ſolis vehementem ⁊ exiccantez: aut famem: aut vigilias aut anguſtiam: aut euacuationem. vel ſupple ex alia cã indurante artariã. Et cauſa pz: q2 in effimera vt hmõi nõ oportet indurari artariã niſi ex alia cauſa. ¶ Quarto dicit: ꝙ qñqz feſtiat ĩ pulſu dilatatio: ⁊ tardat ꝯſtrictio i. nõ ita feſtinat: ⁊ cõſtrictio nõ feſtinat. i. eſt frequens pluſq̃z naturalis: niſi raro ⁊ cuz pauca velocitate: ⁊ totum intelligat̃ in cõparatione ad dilatationez: ⁊ cauſa eſt: vt dicit in lr̃a: qm̃ neceſſitas euentationis eſt maior q̃z neceſſitas educendi vaporẽ corruptũ: qm̃ in ea vapor nõ eſt corruptus cõparatione ſui ad equalem: ĩmo bonus cõparatione ſui ad eum. Et tu nota verbum ꝙ vapor in effimera eſt bonus ꝯparatione ad equalez. i. tpatus: ⁊ intelligat̃ hoc in ſubſtantia: nõ in calore: q2 ẽ nimis calidus: ſed eſt ſubſtantie naturalis eleuatus ab humoribus bonis in ſubſtantia merito effimere: ⁊ hoc totũ pz: q2 humor nõ eſt malus in ſubſtantia lz ſit calefactus in effimera. ⁊ ideo putandũ eſt aliqđ ſpiſſitudinis eſſe in ſiſtole: q2 fumi ſunt calidiores: ſed non eſt ita notabile: vt percipiatur: niſi raro: ⁊ ad hunc intellectuz dicatur: ꝙ ſiſtole raro addit ſuper naturalẽ in effimera. ¶ Quinto dicit̃ ꝙ quando nõ cognoſcis hoc in pulſu: q2 non cognoſcis ſiſtolez eius. tunc cognoſce illud in anhelitu: q2 pulſui proportionat̃: ⁊ habet cõſtrictionem manifeſtaz ſenſui. ¶ Et ſextum dictum eſt ꝙ poſt receſſuz febris pulſus redit ĩtegre ad ꝯſuetudinẽ naturalem in illo corpore: ⁊ hoc eſt ſignum bonum. ſ. ad cognoſcendũ ꝙ eſt ſanatuz: ⁊ cauſa eſt: q2 in effimera nõ oportet ꝙ remaneant reliquie humoris peccantis: aut eorum fumi: q2 nõ oportet eſſe tales peccantes humores. Et tu pro diſpoſitione cóparationis diaſtolis ad ſiſtolem redi ad principia. ſecunda primi.

¶ Et ſcias penitus ꝙ quotiens vrina ⁊ pulſus ſunt boni ſignificant ꝙ febris eſt effimera: ⁊ qñ non ſunt boni non oportet ꝙ nõ ſit effimera: multotiens eniz eſt in ea vrina tincta: ⁊ pulſus diuerſus: ⁊ debilis ⁊ paruus.

¶ Hic ponit cañ. correctiuuz dicens: ꝙ tu debes ſcire ꝙ quotiens in febre per totum tempus febris vrina ⁊ pulſus ſunt boni modo ſupradicto. tunc febris eſt effimera. Sed nõ oportet ꝙ ſi nõ ſunt boni: ꝙ nõ ſit effimera. Nam poteſt in pulſu ⁊ vrina accidere mutatio: nõ ex parte cauſaruz febris. Sed ex alia cauſa: ⁊ cõtingit propter hoc ꝙ in ea eſt vrina tincta: ⁊ pulſus diuerſus: debilis ⁊ paruus: ⁊ totum eſt clarum.

¶ Et de illis que ſignificant ꝙ ipſa eſt febris effimera eſt vt ſit principiuz eius facile ⁊ leue. ⁊ ſit augmentuz eius non addens ſupra duas horas. neqz aſſocientur ſtatui accidẽtia vehemẽtia: ⁊ vt nõ accidant in ea accidentia praua: ⁊ non ſit ĩ ea ebulitio caloris vehemens: ⁊ minorant̃ cũ ea dolores: ꝙ ſi cum ea fuerit dolor capitis: aut dolor alius: nõ ſit fixus inſeparabilis poſt eradicationẽ eius. Et h̔ quidẽ ſignificãt ꝙ ipſa eſt effimera.

¶ Hic ponit ſextam congregationẽ dicens: ꝙ de illis que ſignificant ꝙ febris eſt effimera ſunt: ꝙ principiũ eius ſit facile ⁊ leue: ⁊ augmẽtũ eius non addat ſuper duas horas: ⁊ ꝙ ſtatui non aſſocientur praua accidentia: imo non ſunt in ea praua accidentia: ⁊ non ſit in ea ebullitio caloris vehemens. omnia eniz iſta ideo ſunt: q2 ad ſolum calefactum eſſe ſpirituũ ſequit̃ citus tranſitus ad ſumum: ⁊ res ſubtilis exiſtẽs nõ põt multum ſua caliditate nocere: precipue q2 eſt mitis caloris ⁊ ſubſtantie benigne ad naturam ꝓportionate: ⁊ minorentur cum ea. ſ. effimera dolores: q2 nõ ſunt multum fortes capitis vel ſtomachi: vel aliorum: q2 illa magis pendent a re maioris malitie q̃z ſpiritus calefactus. ⁊ ſi cum ea fuerit dolor capitis: aut alterius membri: qđ contingit aliquando propter membri ſenſibilitatem. tunc recedente febre recedat dolor integre ſine reliquijs: ⁊ hoc eſt de ſignis ꝙ ſit effimera.

¶ Et plurimum quidem eradicationis eius ſit per ſudorẽ ⁊ humoroſitatẽ ſimilẽ ſudori naturali non humoroſo: ⁊ non ſit vehemẽs ſuperfluitas iterum in quãtitate ſua: imo appropinquat ſudori naturali in quãtitate ſua: ſicut eſt proximus ei in qualitate ſua. ſi enim videris ſudorẽ plurimũ. tunc febris erit non effimera.

¶ Hic ponit ſeptimã congeriem de ſudore dicens: ꝙ plurimum iſta eradicatur per ſudorẽ ⁊ humoroſitatez ſimilem ſudori naturali: qui. ſ. ſit in exercitio temperato: ⁊ non per ſudorẽ humoroſuz. i. plurime quãtitatis decurrẽdo ſapiẽtis naturã alicuius determinati humoris peccãtis: q2 hoc non eſſet in effimera: cum non ſit ibi multa materia pellenda: ſed ſimiliter propter caliditatem facta eſt quarũdam humiditatum naturalium eliquatio: ſicut in exercitio que expelluntur in fine talis febris: cum eradicatur. ⁊ ſi videris ſudorem plurimum: tunc febris nõ eſt effimera: q2 ſignificatur ꝙ materia humoralis eſt multa que eliquatur: ⁊ illa debz facere febrem aliam.

¶ Et de eis de quibus febris effimera experit̃: eſt: vt ingrediat̃ balneum habens eam: cũqz moram fecerit euenire in eo quaſi horripilationẽ nõ cõſuetam: ſcitur ꝙ febris eſt febris putredinis: ⁊ egrediat̃ habẽs eã ex balneo ilico: ⁊ ſi nihil alterat̃ a diſpõne ſua: tunc febris eſt effimera.

¶ Hic ponit octauã congeriem ex experimento. nam dicit ꝙ hoc mõ probatur ſi eſt effimera: q2 ponit̃ infirmus in balneo: ⁊ ſi poſt morã in eo ſuperueniat egro horripilatio non conſueta. tũc ſignificat̃ ꝙ febris non eſt effimera: ſed putrida. ⁊ ideo egrediatur eger a balneo ilico. ⁊ ſi non accidat talis horripilatio. tunc ſignificatur ꝙ eſt effimera: ⁊ cauſa eſt: q2 a balneo ſi ſunt humores peccantes eliquant̃ ⁊ cõmouẽtur. vnde diſperſi faciunt quẽdam modum horripilationis: ⁊ ſi hoc nõ fiat: ſignificatur carentia malorum humorũ. ideo veriſimiliter eſt effimera. Et ſunt hec ſigna quaſi ſemꝑ vera: ſi oĩa coniungant̃: ⁊ ſufficit medico talis notitia: q2 non ſemper eſt ſub certitudine.



UVA. BHSC. IyR_044_2

¶ De ꝑmutatōe effimere ad al's febꝛes Ca. 7.

Cum expedit vt febrē effimerā patiēs cibet̄: ⁊ errat medicus ſuper eam ⁊ nō cibet ipſum: permutat̄ febꝛis in coꝛpoꝛibus colericis ad ethicã incendentē: ⁊ in coꝛpoꝛibus carnoſis ad ſinocham que ē abſq̃ putredine: ⁊ foꝛtaſſe permutatur ad illam que eſt cum putredine.

¶ Iſtud capitulum habet in rubꝛo ꝙ eſt de permutatione effimere: ⁊ in eo aſſignant̄ duo modi erroꝛis ꝓpter quos fit ꝑmutatio effimere: ⁊ ſecundus ponit̄ ibi. (Et ſimiliter.) In pꝛima parte dicit: ꝙ quādo expedit ꝙ patiens febꝛem effimerā cibetur ⁊ erret medicus ⁊ nō cibat ipſum: tunc permutat̄ febꝛis: ⁊ ſi patiens ē colericus permutat̄ ad ethicā incendentem. i. ꝓcedentē vel aptam ꝓcedere. Aliqui habēt incēdentē ⁊ pōt dici ꝙ iſtoꝛū ethica eſt magis incendens q̃ȝ alioꝛū ꝓpter ſuam complexionē naturalem eſſe valde igneam: aliq tamen dicunt ꝙ debet addi dictio copulatiua dicendo permutatur ad ethicā. ſ. quādoq̃ ⁊ ad incendentem. i. cauſonidem: ⁊ hoc: q2 ꝓpter ieiunium ebulliunt humores ⁊ in talibus coꝛpoꝛibus ſunt colerici apti ebullire. Et ſecūdū hoc permutatur qñq̃ in eis ad putridā. Et hoc voluit Gal. 10. terapē. 3. capl'o: ſi tñ nō ponat̄ copulatiue: ſed dicat ad ethicā incendentē nō intelligimus ꝙ ſolum poſſit ad ethicā ꝑmutari: ſed ꝙ iſta coꝛpoꝛa colerica reſpectu alioꝛū facilius ad ethicā ꝑmutātur. Et ſubdit ꝙ ſi fuerit coꝛpus ſanguinē qꝺ dat intelligi per carnoſum permutat̄ ad ſinochā: aut abſq̃ putredine aut foꝛte ad ea que eſt cum putredine.

¶ Nota igit̄ ꝙ ꝓpter paucitatē humoꝛū ⁊ humiditatū ⁊ que in carne imbibunt̄ in calidis ⁊ ſiccis cōtingit ex inflāmatione ꝙ cito ſubā mēbꝛoꝛum radicaliū inflāmatur ſicut ligna ſicca citius viridibus: ⁊ iō cito ad ethicā tranſeunt ex effimera ꝓpter ieiuniū. Sȝ i carnoſis multum eſt ſanguinis: ⁊ ꝓpter effimerā inflāmatur maxīe cum nō fit ꝑ cibum refrigeratio: ⁊ iō ſanguis ponitur in ebullitione ⁊ facit ſinocham ſine putredine. Qñq̃ autē cum foꝛtioꝛ fit impꝛeſſio facit cum putredine: ⁊ ꝑ hoc datur intelligi de alijs febꝛibus ex alijs humoꝛibus: ſed eſt difficilius ꝓpter eoꝛum frigiditatem.

¶ Et ſil'r qñ neceſſariū ē adiutoꝛiū in aperiēdo poꝛos rarificādo coꝛpꝰ: ⁊ nō fit: inflammatur in humoꝛibus retētis in coꝛꝑe inflāmatone eius qꝺ calefacit cū foꝛitudine eius qꝺ putrefacit.

¶ Hic ponit ſecūdum erroꝛem ⁊ permutationem īde ſequentem dicens ꝙ ſimiliter quando opoꝛtet habere adiutoꝛium in rarificando coꝛpus ⁊ aperiendo poꝛos ⁊ nō fit illud accidit ꝙ inflāmatur: ſcilicet caloꝛ in humoꝛibus retentis in coꝛpoꝛe inflāmatione eius qꝺ calefacit cū foꝛtitudine: ſcilicet tali ꝙ caloꝛ fit fixus: ⁊ ſupple qñq̃ abſq̃ putredine ⁊ quādoq̃ inflāmatur inflāmatione eius qꝺ putrefacit: q2 fit fixus ꝓpter putrefactionem. ⁊ iſtud eſt clarum. Sed pꝛimus modus inflāmationis talis ꝙ febꝛem faciat nō ponitur a medicis in humoꝛe alio a ſanguine: de qua re dicemus ī capl'o de ſanguinea deo duce: ⁊ ex his duobus modis ꝑmutationis ⁊ cauſis poteſtis per vos multos alios cōiectari. Auic. vero iſtis fuit contentus.

¶ De ſignis ꝑmutatiōis effimere. Cap. 8.

Significatio illiꝰ eſt ꝙ ipſa declinat abſq̃ ſudoꝛe aut humoꝛoſitate: aut cum ſudoꝛe abſq̃ mundificatione per ſudoꝛem: ⁊ eſt declinatio longa difficilis ⁊ abſq̃ mundificatione pulſus: immo remanet in pulſu aliquid ⁊ remanet doloꝛ capitis ſi fuerit: ⁊ hoc totum ſignificat permutationem ad febꝛem putrefactionis humoꝛis aut ethicam.

¶ Rubꝛica iſtius capituli eſt de ſignis permutationis febꝛis effimere ad alias. Et diuiditur diuuas. pꝛimo enim ponit generalia ſigna permutationis poſt ſpecialia: ibi ſecunda. (Nam ſi.) ¶ In pꝛima dicit quattuoꝛ ſigna permutationis: pꝛimum eſt: ꝙ declinat abſq̃ ſudoꝛe ⁊ humoꝛoſitate. ſecundum: ꝙ ſi declinet cum ſudoꝛe: tamen non mundificatur per ſudoꝛem. tertiuȝ: ꝙ declinatio fit longa difficilis: quia anguſtiās egrum ⁊ ſic abſq̃ mundificatione pulſus: quia pulſus non ex toto remanet cum differentijs ſanoꝛum: imo remanet in eo aliqd ꝺ diſpoſitiōibus pꝛeter naturā. quartū eſt: ꝙ non mundificatur integre doloꝛ capitis ſi fuit capitis doloꝛ: hec. n. omnia cū accidunt: ⁊ vnūqꝺq̃ eoꝛuȝ per ſe ſignificat permutationem effimere ad aliud genus febꝛis. ¶ Sed diceres: quomodo declinatio abſq̃ ſudoꝛe ſignificat permutationē: cum ſudoꝛ non dēat merito effimere apparere: vt dicit Yſaac ſecundo de febꝛibus. ¶ Hic dicitur: ꝙ quādo hūoꝛes non ſunt valde crudi mali a virtute regulabiles: ⁊ ſunt ſaltem multi ex caloꝛe effimere fit eliquatio quarundam partium humoꝛalium ſiue ſecundarum humiditatum: que partes ſenſibiliter expelluntur ſudoꝛe non copioſo: vt eſt dictum in pꝛecedenti capitulo: ſed quando humoꝛes ſunt nimis virtuti rebelles: vl' faciunt ſuo motu ad putredinem vel inflammationem: reſolui ſenſibiliter id quod fuit eliquatum: vel retrahi caloꝛem ītra pꝛopter typum febꝛis incipientis: aut ſunt ita pauci ꝙ effimera non inuenit virtutem aptam ad eliquationem: ꝑ ipſam ſignificatur: aut ꝙ putredo vel inflammatio fit vel facta eſt in humoꝛibus: aut ꝙ per ſiccitatem figitur caloꝛ in membꝛis: ⁊ fit ethica: ⁊ hoc eſt vtplurimū. Quidam tamen volunt ꝙ Auicē. vult aggregatum ex his quattuoꝛ ſignificare tranſitum aut fientem aut qui factus eſt. licet vnum eoꝛum non ſufficiat. Q2 autem accida ſudoꝛ ⁊ febꝛis non mundificetur ſignificat ꝙ caloꝛ nō eſt fundatus in re faciliter euapoꝛabili ſicut ſpiritus: quia euapoꝛaſſet cum ſudoꝛe: ⁊ ꝙ declinatio ſit longa ⁊ difficilis ſignificat etiam illud quod per reſolutionem debet ceſſare nō eſſe facile euapoꝛabile: ⁊ ſic nō eſſe ſpūm ⁊ remanētiā diſpōnis ꝑternām in pulſu aut doloꝛe capitis ſignificat cām magis habentem q̃ȝ faciat ſpūs. Sȝ diceres qūo declinat ſi permutatur: dī hic ꝙ declinat: q2 remittuntur ſigna effimere: aut quia ipſa remittitur: aut q2 alia foꝛtioꝛa ⁊ ipſam obūbꝛantia ſuperueniunt. Et tertiū eſt ꝙ ſi dum eſt effimera ſupueniat colerica: ꝙ ſi non ſit cauſon habebit particularem declinationem: ſi ſit ſalua: ⁊ in illa erunt hec dicta hic: quia permutata fuerunt.

¶ Nam ſi cauſe fuerint vehementes aut pꝛolongetur moꝛa eius permutabitur ad ethicam: ꝙ ſi ſi ad ethicam permutetur videbis tactū arteriaruȝ caliduȝ valde: ⁊ videbis febꝛeȝ ſimileȝ vel fixam ⁊ in omnibus membꝛis additur calefactio ſuper repletionem ⁊ in tꝑe acceptiōis cibi: aut videbis pulſum ſeruare equalitateȝ cum duritie ⁊ paruitate: ⁊ videbis ſigna reliqua que diximus de ſignis ethice.

¶ Ponit ſigna ſpāliū ꝑmutationū. Et pꝛīo ad ethicā. Scꝺo ad ſinocham ſine putredine. Tertio ad febꝛes putridas. ibi ſcꝺa. (Et quādo.) ibi tertia. (Et quādo.) ¶ In pꝛīa ꝑte dicit pꝛīo ꝙ ſi cāe effimere fuerint vehemētes aut multū durauerint ſicut triſtitia ⁊ cogitatio ⁊ ſil'es: tunc ꝑmutat̄ plurimū ſupple ad ethicā. Et ſigna



UVA. BHSC. IyR_044_2

ſunt q̈ttuoꝛ hic ſpecifice poſita.pꝛimū eſt tactꝰ arteria/
rū calidus valde.ſcōm eſt:ꝙ vꝛ caliditas fixa fixis ī mē
bꝛis omnibus.tertium eſt:ꝙ addit̄ ſuper cibū ⁊ reple
tionem:qꝛ inflāmatur ſumpto cibo.quartuꝫ eſt:ꝙ pul
ſus ſeruat equalitatem cuꝫ duritie ⁊ paruitate.Et ad/
dit ꝙ videbis reliqua que dicuntur in capitulo ſignoꝝ
ethice febꝛis.Et tu conſidera ꝙ iſta omnia ſunt ſigna
ethice ⁊ ante permutationem ſunt debilia:⁊ creſcunt
cum eſt facta permutatio:⁊ patꝫ mō:quare ſignificant
ex his que infra in caplo ethice dicemus.

¶ Et quando permutatur ad genus febꝛiuꝫ qđ
nominatur ſinochus abſqꝫ putredine:videbis
additionem ⁊ repletionem caliditatis/⁊ inflam/
mationem faciei.

¶ Ponit ſigna permutationis ad ſinochaꝫ ſine putre
dine:⁊ ſunt repletio venaruꝫ:additio caliditatis ſuper
caliditatem coꝛrn̄dentem effimere:⁊ inflatio/al's inflā
matio faciei:⁊ intelligantur ſimul ſumpta hec ⁊ ſignifi
cant inflāmationeꝫ eſſe fundatam in alio q̄ꝫ in ſpiritu:
exquo eſt addita ad ſenſum datum:⁊ qꝛ ſanguis in ꝓ/
pꝛia foꝛma videtur hic abundare ſignificatur ꝙ eſt ca
lefactus abſqꝫ putredine.

¶ Et quādo ꝑmutatur ad febꝛes putredīs ap/
parent hoꝛripilatio ⁊ diuerſitas pulſus ⁊ parui/
tas ⁊ coartatio:⁊ eſt caliditas moꝛdicatiua ſic/
ca ⁊ vehementia accidentium:in vꝛina vero foꝛ/
taſſe remanet digeſtio ex ſubſtantia ⁊ in pluribꝰ
non apparet in ea digeſtio.

¶ Pōit ſigna ꝑmutatiōis ad putridas:⁊ ſunt ſex.Pꝛi
mum eſt ꝙ apparet hoꝛripilatio qn̄ humoꝛes agitati
a virtute ſparguntur hoꝛa motus eoꝛuꝫ ad putredinē
⁊ faciunt hoꝛripilationem.Secūdum eſt diuerſitas vl'
coartatio pulſus pꝛopter virtutis tenoꝛeꝫ in hoꝛa mo
tus humoꝝ putridoꝝ.Tertiū paruitas:qꝛ a ꝑncipio ta
lis motus coꝛ retrahit ſpūs:⁊ inclinatur nō multū trā
ſmittere extra:⁊ ideo nō multū eleuatur artaria ⁊ fit
paruus:fit etiā diuerſus:qꝛ virtus tūc pugnat ⁊ cona/
tur:diuerſo modo oppꝛimit̄ a mā.Quartū eſt:ꝙ cali/
ditas eſt moꝛdicatiua ſicca pꝛopter fumos putridos.
Quintū eſt vehemētia accidētiū in vꝛina:qꝛ ꝑmutatur
valde aut ad aquoſam ꝑꝑ oppilatiōes:aut tinctā.Se/
xtū ſignū eſt ꝙ foꝛtaſſe remanet digō in ſubā ⁊ in plu/
ribus non apparet in ea digeſtio.Et hoc vltimū habꝫ
plures expoſitiones:vna eſt ꝙ in pꝛincipio ꝑmutatio/
nis:qꝛ non impꝛeſſit multū putredo:iō ſaltē in ſubſtan
tia vꝛine apparet digeſtio:ſed in pluribꝰ.ſ.alijs diſpo
ſitiōibus vꝛine ⁊ hypoſtaſis ⁊ coloꝛ nō appet digeſtio.
Sꝫ ego puto ꝙ loquat̄ de pluribus diſpōnibus vꝛina
rum:⁊ qꝛ cōtingit ꝙ ante putredinem aquoſitas erit ī
venis digeſta ⁊ materia hypoſtatica bōa:poteſt aliqua
vꝛina expelli digeſta pluribus febꝛibus putridis:ad
quas tranſitur:qꝛ humoꝛes erāt ante mali ⁊ crudi ⁊ pa
rati putreſcere:modo apparet digeſtio in pꝛincipio ꝑ/
mutationis ⁊ in tempoꝛe permutationis.

## ¶ De curatiōe generali feb.effi. Cap. 9.

IN omnibus ſpēbꝰ febꝛis effimere oꝫ
vt afferant̄ ſuper coꝛpa patientiū eas
ea que nutriant eos nutrimento bono
cū velocitate digeſtionis:quoniam fe
bꝛiens eſt eger:⁊ eger eſt leſus. ¶ At quibuſdā
eoꝛum conceditur deliciari in eo ſicut patienti ex
laboꝛe:⁊ anguſtia:⁊ fame:⁊ in illis inquoꝛum coꝛ
poꝛibus colera plurima eſt ⁊ qui conqueritur ſe
pati hoꝛripilationes in pꝛincipio deglutiat cibuꝫ
infuſum in qua aut vino vt ſit magis penetrās.
¶ Et iſti quidem cibantur ēt in pꝛincipio febꝛis
¶ Et qbuſdā pꝛohibet̄ deliciari in eo ⁊ minui/
tur eis vt fiant ſubtiliatiua:ſicut ī patiēte ex oppi
latione ⁊ ſoliditate ⁊ ex apoſtemate. ¶ Et me/
lius quidem eſt vt poſtponatur cibatio vſqꝫ ad
declinationem niſi in illis:quos excepimus.

¶ Et a qua frigida qdē opoꝛtet vt nō ꝓhibea/
tur ī pꝛincipio rei:quoniā virtus eſt foꝛtis:quare
nō timetur debilitas:⁊ eſt melioꝛ cura in infrigi/
dando. ¶ Verū ſi fuerit illic debilitas in viſce/
ribus:⁊ febꝛis iam extenditur aut fuerit vehe/
mēs:tūc melius eſt vt de ea nō multuꝫ ſumatur.

¶ In iſto capitulo nono.Auic.ponit curā effimere in
vniuerſali ⁊ diuidit̄ in tres partes.Pꝛimo docet per
aſſumpta interius:ſcōo ꝑ exteriꝰ appꝛoximata:tertio ꝑ
euacuationē.ibi ſcda.(Et cōcedit̄ eis.)ibi tertia(Eua
cuatione aūt.) ¶ Et bonū eſt ꝙ dicā in pꝛīa parte po/
ni ſeptē canones.Pꝛimus ē:ꝙ in patiētibꝰ effimeras
opꝫ ꝙ dent̄ ea:que nutriunt eos nutrimēto bono:qđ
ſit velocis ⁊ facilis digōnis:rō aūt facilitatis digeſtio/
nis requiſite eſt:qꝛ febꝛiens eſt eger:⁊ eger eſt leſus:
iō opꝫ ꝙ illa que afferunt̄ ſint facilis digōnis ⁊ h̄ ē cō/
mune in omni debili inquātū hmōi.Sed ex alia cau/
ſa poſſet ꝓhiberi.nō dicit̄ ergo hic ꝙ cibus detur:qꝛ
eſt leſus:ſed detur facilis digeſtionis:quia eſt leſus.
¶ Scōs canon eſt:ꝙ quibuſdam patientibus effime
rā cōcedit̄ deliciari in cibo.i.ſumere cum delectatio/
ne ⁊ quantum bene digerere pn̄t:ſicut ſunt qui patiū/
tur ex laboꝛe:vel anguſtia:vel fame:vel ſicut illi/ī quo
rū coꝛꝑibus eſt colera plurima:⁊ ille qui cōqueritur ſe
pati hoꝛripilationes in pꝛincipio deglutiat cibum pa
nis infuſi in aqua aut vino permixto aqua iuxta ſuam
conſuetudinem:q̈ cibus ideo debet eſſe infuſus vt ſit
magis penetrans:nam iſti habent motum quendā co
lere ex ebulitione.Ad remittendum ergo feruoꝛeꝫ eſt
oppoꝛtunuꝫ ꝙ cibus qui infrigidat ſit cito penetrans
ad loca inflāmata.Et in his duobus canonibus nō eſt
ſcilicet dictuꝫ de hoꝛa cibi niſi in illo qui hoꝛripilatur.
¶ Tertius canon eſt:ꝙ iſti in quibus conceditur de/
liciari:debent cibari in pꝛincipio qꝛ indigent ⁊ non eſt
ibi foꝛtis indicatio de oppoſito. ¶ Quartus canon eſt
ꝙ quibuſdā ꝓhibetur deliciari in eo ⁊ minuitur cibus
ita vt ſubtilietur:ita ꝙ dieta fiat ſubtilis:⁊ iſti ſunt qui
patiunt̄ ex apoſtemate aut ſoliditate aut oppilatione:
⁊ intelligitur in poꝛis cutis ⁊ ſoliditas quando oppila
tio eſt in venis:⁊ cauſa eſt:qꝛ iſte nō ſunt pure effimere
ſed eſt ibi repletio:per quā ſubtiliamus que facit apo
ſtema aut oppilationes. ¶ Quintus canon eſt:ꝙ oēs
debent cibari in declinatione exceptis illis qui.ſ.exci
piunt̄:⁊ ſūt famelici anguſtiati fatigati ⁊ pleni colera.
Et nota ꝙ illi in quibus abundat colera cum effimera
cibant̄ vt cito fiat refugium ⁊ ꝓhibitio putredinis co/
lere aut ſincopis:que in eis timetur ex curſu colere ad
ſtomachum aut ethica.ſed merito plenitudinis eſſent
cauendi a cibo iuxta ſententiam affo.(Non pura coꝛ/
poꝛa)⁊ cauſa canonis eſt clara:cum autem timeatur de
cibi inflāmatione ⁊ neceſſitas nō.cogat niſi alia cōiun/
gantur. ¶ Sextus canon eſt:ꝙ aqua frigida non pꝛo/
hibetur eis:quia eſt melioꝛ cura infrigidando:⁊ hoc
intelligas niſi aliud pꝛohibeat ⁊ quia virtus eſt foꝛ/
tis:⁊ non timemus debilitatem:nec ſupple de incru/
datione materie:ideo conceditur etiam in pꝛincipio.
¶ Et ſeptimus canon eſt:ꝙ quando eſt debilitas in vi
ſceribus ex raritate texture vel complexione vel apo/
ſtemate

UVA. BHSC. IyR_044_2

ſtemate aut ſi febꝛis effimera multum extendat: vnde ſit timoꝛ de materie multidine aut fuerit vehemens: ita ꝙ timeatur de motu humoꝛum ad putredinem bonum eſt vt de ea nō multum detur: ne humoꝛes fiant poſtea deterioꝛes: ⁊ ſimiliter ne addatur in oppilatione vnde ſuperueniat putrida: ⁊ ego vidi iam non obſeruato canone quoſdam perijſſe ex multo potu aque frigide in effimera ſua ſtultitia: vnde ſuperuenit putrida peſſima.

¶ Et cōceditur eis balneum cū eoꝝ poxyſmus conſumitur in febꝛibus effimeris pꝛopter accidentia de quibus eſt humectatio: ⁊ de quibus eſt ſudatio ⁊ rarificatio poꝛoꝛuꝫ: ⁊ de eis eſt infrigidatio in quieta diſpōne. ¶ Et pꝛohibetur vbi timet̄ caſus putredinis: ¶ Et nō oꝫ vt euitet balneū niſi hn̄s eā ex oppilatione: ꝓpterea ꝙ balneū generat egritudinem putridaꝫ. ¶ Et ſimiliter patiens eam ex ſatietate nauſeatiua niſi in fine rei ⁊ cum dilatant̄ poꝛi ⁊ deſcendit nauſeatiua ſatietas: illic. n. opꝫ vt balneetur. ¶ Et hn̄tes catarruꝫ nō balneentur niſi ſit aduſtiuus.

¶ Et oēs habentes febꝛes effimeras opoꝛtet vt non pꝛolongent moꝛam in aere balnei: immo in aqua eius q̄ꝫtum volunt niſi habentes eam ex ſoliditate ⁊ ex ſpiſſitudine: eis enim conuenit vt pꝛolongent moꝛam in aere balnei donec ſudent. Embꝛocatio autem ſi fuerit infundendo aut liniendo tantum oppilat poꝛos. ¶ Et in curatiōe omnis febꝛis effimere: que eſt ab oppilatione extrinſeca aut intrinſeca fricatio operit poꝛos habentis eam: deinde ſi obuiat humiditati plurime reſoluit eam: ⁊ ſi obuiat humiditati parue exiccat eam.

¶ Hic ponit curā per appꝛoximata exterius. Et ſunt octo regule: quarum quedam ſunt pꝛincipales: quedā exceptiue. Pꝛima ē ꝙ habentibus effimeraꝫ conceditur balneum cum conſumitur eoꝛum paroxyſmus. Et ſumitur hic paroxyſmus impꝛopꝛie: ⁊ hoc ꝓpter illa que ex balneo accidunt: quoꝛum pꝛimum eſt ſudatio: qꝛ facit ſudare: ſcd̄m eſt rarificatio: qꝛ poꝛi fiunt rarioꝛes. Et tertium eſt infrigidatio in quieta diſpoſitione. Omittendo ambages intelligatur in quieta diſpoſitione idest poſtq̄ꝫ homo receſſit a balneo ⁊ quieſcit: tunc enim aqua remanſit in poꝛis imbibita refrigerat: vt ſecūda pꝛimi illo capl'o. Quidam oꝛnate loquentiū. Et dixit ꝙ in declinatione ne ꝯiungantur ſimul balnei caloꝛ ⁊ febꝛis ⁊ nimis inflamment. ¶ Scd̄s canon eſt ꝙ balneum ꝓhibetur vbi timetur caſus putredinis: naꝫ ſi cum effimera ſit repletio humoꝛum acutoꝛum: vel etiam alioꝛum cum agitantur per balneum: eſt periculum ne putrefiant. ¶ Tertius canon eſt: ꝙ nō opoꝛtet de habentibus effimeram: ꝙ vitet balneum niſi habens eam ex oppilatione l. ꝓpter qd̄ ſupple in iſtis eſt aptū generare egritudinem putridaꝫ balneum: ⁊ hic eſt vnus de excipiētibus. Et cā ē clara cū oppilatio ſit cauſa ꝙ fumi per balneum eleuati non egrediantur ⁊ ibi remaneant. Qꝛ ſi dicas ꝙ balneum aperit vt ſtatim dicit̄. Reſpondet̄ ꝙ multa exiſtente materia oppilat: ⁊ cū hoc materiam mouet multotiens ad putredinem calefaciēdo hūectādo ⁊ agitando humoꝛes. ¶ Quartus canon eſt. ſcd̄a exceptio in foꝛma a pꝛima regula: ⁊ ſunt quaſi iſte ſpecificantes ſcd̄m canonem. ſ. ad ſciēdum qn̄ timet̄ caſus putredis: dicit ergo ꝙ ēt excipiūtur q patiuntur effimerā ex nauſeatiua ſatietate niſi in fine rei. i. nauſeatiue ſatietatis cū poꝛi dilatant̄: ⁊ nauſeatiua ſatietas deſcendit. i. mā ex cibo generata deſcēdit de ſtomacho: nā ante illud trahendo ſpūs ad exterioꝛa fuiſſet cauſa indigeſtionis ⁊ coꝛruptiōis cibi. Sꝫ digeſto cibo: ⁊ ſupple euacuatis ſupfluis: ⁊ p ieiuniuꝫ paucificatis humoꝛibus: ⁊ diſpēſato iā nutrimēto per mēbꝛa: tunc ꝯcedit̄ balneū eis: niſi aliud indicaret oppoſitionē: ⁊ iſte humoꝛ cōfert iuuādo ad expulſionem ſupfluitatis tertie digeſtionis: ⁊ faciēdo illa tria ſupius poſita. ¶ Quintus canon eſt: ꝙ habēs catarrū nō balneetur niſi fuerit aduſtiuus ⁊ ſcit̄ ex dictis in quita tertij de cura catarri ꝙ balneum non conuenit in catarro frigido niſi poſt maturatōeꝫ ⁊ paucificationē materie. In calido aūt cōfert cum aqua nō calida ad temperandum acuitatē eius. ¶ Sextus canon eſt: ꝙ omnes habentes febꝛes effimeras non debent ꝓlongare moꝛaꝫ in aere balnei. ſ. calido: qꝛ addit in caliditate ſpirituū: ⁊ non refrigerat vt opꝫ: immo moꝛent̄ in aqua balnei quātum volunt. i. quātum eos delectat. Nā iſta aqua ī diſpoſitione quietis poſtea refrigerat: ⁊ excipiūtur ab iſta regula patientes ex ſoliditate coꝛpoꝛis febꝛeꝫ effimeram: ⁊ iam dcm̄ eſt vobis: ꝙ intelligimus illos pati ex ſoliditate qui patiuntur ex oppilatione in venis non in poꝛis cutis. poſſet tamē dici hic ꝙ aliud intelligit per ſoliditatem. i. denſitatē cutis: aut ꝓpter frigus aut pꝛopter appꝛoximationē ſtipticoꝛuꝫ: ⁊ in iſto caſu moꝛa in aere balnei manifeſte eſſet conueniēs. In oppilatione autē venarum qn̄ iam mā eſt paucificata ⁊ digeſta etiam iſte aer conueniret vt materias illas traheret ad cuteꝫ ⁊ ī ſudoꝛem conuerteret. Et ideo dixit ex ſoliditate ⁊ ſpiſſitudine ponendo ⁊ pꝛo. i. nam in iſtis conuenit moꝛa in aere balnei donec ſudent. ¶ Septimus canon eſt: ꝙ in omni curatiōe febꝛis effimere ꝓuenientis ab oppilatione ſiue extrinſeca. i. cutanea: ſiue intrinſeca. i. in oꝛificijs venarū embꝛocatio ſiue fiat ſolum effundendo aquaꝫ: ſiue fiat leniendo cum aqua oppilat poꝛos: vbi nota hoc eſſe valde ambiguū. nam Auic. quarta pꝛimi capl'o de embꝛocis dixit ꝙ embꝛoca eſt medicamen cōgruum ei qd̄ opꝫ diſſolui. Et p cōſequens videtur conueniens in oppilatione. Hic ſunt multe rn̄ſiones. pꝛima dicit ꝙ hic intelligitur de embꝛoca actu vel potentia frigido: in pꝛimo autem de calido. Hic modus eſt inconueniens: quoniam Aui. loqtur hic de aqua que calida eſt actu: tn̄ pōt dici ꝙ eſt frigida in potētia ⁊ infrigidat plus cū in embꝛoca adminiſtrat̄: nec Auic. dicit quarta pꝛimi ꝙ omne embꝛoca cōueniat diſſolutiōi: ⁊ iō poſſet dici ꝙ ꝓpterea ꝙ aqua nō diu remanet calida ſup mēbꝛa embꝛocata: ħ mō iō nō diſſoluit: īmo qꝛ infrigidat̄ ⁊ infrīdat addit in oppilatione in iſtis: qd̄ balneū nō facit cū diu ſtet calidum. Scd̄a reſponſio eſt Dyni: qꝛ continuat ſupioꝛē canon̄. cū iſto dicēdo ꝙ patiētes ex ſoliditate nō ſunt balneandi in aqua: ⁊ hic dicit ꝙ nō ēt ſunt embꝛocādi: qꝛ oppilat eos aqua hoc modo embꝛocata. Tertij dicunt ꝙ ħ vult ſermonē cōparare tm̄ ad fricationes: ⁊ vult ꝙ embꝛoca nō tam ꝯfert in iſtis ſicut fricatio: ſed iſta reſponſio non dicit: qūo embꝛocatio addat in oppilatione: vt dicit Aui. Gentilis aūt vult ꝙ ꝯparat̄ embꝛoca ad balneum in illis in quibus balneum dulcis aque cōueniat gratia reſolutionis. Et vult ꝙ magis conferat balneum: qꝛ in embꝛoca modicū manet aqua calida: īmo infrigidat̄: ideo ſi in capite ſit aduſtio pꝛeeligimus embꝛocare: qꝛ citius infrigidat. elige tu qd̄ vis. pꝛimus tn̄ modus non eſt ita rudis vt Gentilis dicit. ¶ Ultimus canon eſt: ꝙ fricatio aperit poꝛos habentium effimeram ex oppilatione. Et ſi obuiat fricatio materiei multe reſoluit eā: ⁊ ſi obuiat pauce exiccat eam: ⁊ Dynus intelligit ꝙ ſi obuiat hūiditati multe reſoluit eā. i. paulatim tranſmutat in vapoꝛem ⁊ tarde: ⁊ ſi mā ſit pauca exiccat: qꝛ cito ipſam cōſumit. Gen. aūt dicit ꝙ materiam multam fricatio dilatat ⁊ ſpargit per coꝛpus. Et




UVA. BHSC. IyR_044_2

hoc intelligit Aui. per reſoluere: q2 ſubtiliare ꝛ dilata re: ſed ſi eſt pauca extrahit a corpore: ꝛ vtraq3 ſaluari pōt. Tu tñ intellige ꝙ fricationes cōueniūt magis qñ materia eſt pauca ꝛ ſecurius.

¶ Euacuatiōe aūt nō indiget aliqs eoꝝ niſi habēs oppilationē repletionalē: ꝛ habens nauſeatiuam ſacietatem: ꝛ qui habet febrē effimeram ex ſoliditate: cuius corpus eſt repletum.

¶ Hec eſt tertia ps: in qua ponit curā per euacuationes per vias ſenſibiles: ꝛ dicit ꝙ patiētes effimerā nō indigent euãtione per vias ſenſibiles niſi ille q habet ex oppilatiōe repletionali. i. ꝓueniente a multitudine humoris: ꝛ ſilr habens cū nauſeatiua ſatietate: ꝛ hñs ex ſoliditate nō tm̄ cutis: ſed corpis: quare cū oppilatione in venis: ꝛ ſilr ex quacūq3 cã patiaꝛ effimeram ſi corpus eius ſit repletum: ꝛ cãe iſtoꝝ ſunt note ibi ſeqtur. In febribus effimeris.

¶ Principiū ſermonis de febribus putridis: ꝛ cōplementū ſermōis eſt in febribus ſanguineis ꝛ colericis.

## ¶ Tractatus ſecundus. Sermo vniuerſalis de febribus putridis. Cap. 1.

Silr̃es ẽt cauſas putredīs ex pte cibitãgit. 3. canonis fen. 13. tex. 3. c. 2.

Putredo accidit aut pp cibū malū cū eſt preparatꝰ vt putrefiat illō: qđ generaꝛ ab eo pp malitiā ſue ſubſtãtie. Aut ꝓpterea ꝙ velociter recipit corruptiōe3: q3uis ſit bōe ſubſtantie ſicut lac. Aut quoniã eſt aquoſus nutrimẽti mali: cuius aquoſitatē recipit ſanguis: ſicut illud qđ gnãtur a fructibꝰ tardis humidis valde. Aut qm̄ ē ex illis que nō conuertunꝛ ad ſanguinē bonū: imo remanet humor malus frigidus: quē abhorret calor innatꝰ: ꝛ ſuccedit ei extraneus: ſicut ille q generaꝛ a cucumere: ꝛ citrulo: ꝛ piris ꝛ ſilibus. Aut malitia artificij eius: aut hora ipſiꝰ: aut ordo eius ſm ꝙ ſcis:

parte donec totum fiat cinis.i.terreſtrificatum. Et qñ in iſto humore qui p putredinẽ aduritur non remanet caliditas q̃ poſſit facere febrẽ tunc ceſſat febris: ⁊ durat iſta ceſſatio vſqꝫquo aggregatur: ſupple: tũ alia materia ad locũ putredinis. ¶ Iſte textus hꝫ aliqua ambigua: qꝛ primo dicit ꝙ materiei que putrefit ſupuenit putredo in tpe paroxyſmi. videtur enim ꝙ nõ ſemp ſit ita. prĩo qꝛ potẽ ẽ putrẽtẽ materiam intra venas ⁊ faciẽtẽ continuã pelli extra venas ⁊ facẽ paroxyſmũ vt ſumit in commento aſſo. A cauſone habito virtualr. Et ego in pte dixi ſupra. ¶ Scdõ qꝛ tps paroxyſmi ẽ tẽpus febris putredinis: mõ nõ qlibꝫ gradus putredinis ſufficit facere febrẽ. g̃ ẽ opportunũ materiei faciẽti paroxyſmum prius ſupueniſſe putredinẽ remiſſam. ¶ Hic dr ꝙ non eſt incõueniẽs mãꝫ faciẽtẽ paroxyſmũ putruiſſe aliq̃ gradu anteq̃ faciat febrẽ. Et imo puto ſemp ita ita eſſe ꝙ anteq̃ incipiat febris putrida opꝫ aliquã pceſſiſſe putredinẽ: nihil tñ minus in tpe febris materiei que putrefit ⁊ facit febrẽ ſupuenit putredo: qꝛ cõtinue pcedit putrefiẽdo: ita ꝙ non intelligit ꝙ neceſſario in principio paroxyſmi non hẽat putredinẽ: nec ſequit ꝙ ſi habuit: qd tñ non ſupueniat alia putredo ptialis. Nõ tñ ꝙ mãe q̃ ſunt in venis ſub forma cãe ãncedẽtis. vt ſup dr in febre iterpolata plĩn non ſunt putride: ſꝫ tm̃ preternaturalr diſpoſite. ita ꝙ vene ipas conant expellere extra venas: ⁊ anteq̃ ſint putride pellunt eas: ⁊ poſtea extra venas putrefiunt: nõ tñ eſt impoſe: ꝙ aliqñ prĩo putrefiant poſtea expellant: ſꝫ cũ putrefiunt. ſ. ſuperuenit eis putredo. ¶ Scdõ dicit Auic. qꝫ putredo finit hũiditatẽ materiei. Ubi nota ꝙ nõ dicit: ꝙ oĩno finiat hũiditatẽ mãe: ſed ꝙ finiat hũiditates: ex qb' pẽdebat caliditas febrilis: non opꝫ ꝙ in cineritio hũoris qñ dimittit facere febrẽ nulla ſit hũiditas: ſꝫ nõ remanet hũiditas q̃ p tũc ſit vehiculũ caliditatis febris. nã iſta cineritia q̃ remanẽt multoties accẽdũt poſtea q̃rtanas: ⁊ ſic hñt humiditatẽ q̃ põt eẽ vehiculũ febris: ſed p tũc nõ ſufficiũt vehere febrilẽ caliditatẽ. vñ vos videtis ꝙ qñ carnes icipiunt putrere p ebullitionẽ i aq̃ cũ ſale remouet ab eis fetor ⁊ putredo ⁊ ſtabũt ſine putredine duob' vel trib' dieb' ſepatis hũiditatib' q̃ erãt vehiculũ putredinis prime: ⁊ in capite duoꝝ vel triũ dierũ iteꝝ icipiũt putrere pp alias hũiditates q̃ i carnibus remanſerant: ⁊ i principio nõ erant parate putredini ⁊ poſtea fiunt parate. Ita audiui ꝙ memi piſces in ſicilia anteq̃ ſaliant ſuſpẽdunt ita vt feteant vehemẽter ⁊ naſcant i eis vermes: poſtea ſaliunt ⁊ exprimunt ⁊ pſumunt humiditates q̃ erãt vehiculũ prime putredis ⁊ remanet reſiduũ qd ſtabit p annũ cum ſale anteq̃ putrefiat: ⁊ poſtea tandẽ iteꝝ putrefiunt. Finit ergo prĩa putredo hũiditatis: ex qb' eſt apta p tũc pẽdere caliditas febrilis. ¶ Tertiũ qd dicit ẽ ꝙ iſte hũiditates reſoluũtur ⁊ egrediunt ex corpore. ⁊ cãm dicit qꝛ nõ ſunt retẽte in venis: ita vt phibeat illud a cõplemẽto reſolutionis ⁊ egreſſiõis ex corpore: ⁊ rõ eſt: qꝛ nõ obſtãte ꝙ minor ſit calor in ambitu toti' extra venas ⁊ artarias q̃ itra: tñ mã eadẽ tardius diſſoluit intra q̃ ex: ſicut nos videmus ꝙ aq̃ in vno cypho pleno ſtans tota die ad ſolẽ non reſoluit tota: ⁊ eq̃lis q̃titas ſparſa ſuper aliquo loco valde lato in vmbra citiſſime diſſoluit: non obſtante ꝙ multo minus calefaciat: ⁊ ſimiliter materia imerſa in multis alijs humiditatib' ab equali calore tardius diſſoluit. Uñ ſi põat cyphus aceti in lebete aque ad bulliẽdũ mixto aceto cũ aq̃ non integre reſoluetur acetum niſi pus tota aq̃ pſumpta: ⁊ eq̃lis cyphus minus bulliẽs per ſe poſit' citius valde reſoluit. His ergo duabus cauſis materia contẽta in venis tardius reſoluit q̃ ſparſa ⁊ ſi non minus calefacta: imo magis: ⁊ ideo hec retẽtio in venis phibet a pplemẽto reſolutionis anteq̃ alia materia moueat ⁊ ſparſio nõ phibet. ¶ Quarto dicit ꝙ remãet cinereitas ⁊ terreitas ⁊c. Et ego addidi ꝙ qñ remanet aliqd d tali humore illud non eſt niſi cinereitas ⁊c. Et hoc dixi: qꝛ nõ opꝫ ꝙ ſemp aliquid remaneat cineritiũ de humorib' putridis. nam qñ ſunt ſubtiles ⁊ aquoſi nihil remanet. Si vero ſunt groſſi: tunc remanet cinerulẽtũ. Et hoc cinerulentũ non eſt oĩno ſiccũ. naꝫ vt videtis in ſtercorib' qñ iam ceſſauit effumatio: ⁊ dñr incinerata adhuc impinguãt terram: ⁊ nutriunt herbas ſeu plantas: qd nõ facerẽt ſi ex toto carerent humiditate: ⁊ iſta nõ ſunt vehiculũ pro tunc febrilis caliditatis. ¶ Quinto dicit ꝙ ſimile huic apparet in diſpõne cumulorũ ſtercorum. ſ. ꝙ accidit eis putredo paulatim prĩo in vna parte q̃ fumat: ⁊ poſtea in alta prima deſinente fumare. Et eſt exẽplum Gal. primo de differẽtijs febriũ caplo. 5. Et accidit illud in ſtercorib': qꝛ ſunt quedã partes magis parate alijs ad putredinẽ: ⁊ ita accidit in humoribus. ¶ Sexto dicit ꝙ humor per putredineꝫ aduritur: qd vꝛ falſum: cum putredo ⁊ aduſtio ſint diuerſe ⁊ oppoſite quodãmodo. Sed hic ſumit aduſtio mõ medicorũ pro trãſmutatione faciente ſeparationẽ groſſi a ſubtili: ita vt ſublimet ſubtile ⁊ groſſum deſcẽdat: nõ ãt mõ Ari. ¶ Septimo dicit: ꝙ qñ in tali humore nõ remanet caliditas ceſſat febris: ⁊ rõ qꝛ febris illa eſt fiens ⁊ ceſſat ceſſante conſeruãte vel producente: qd erat humor vl' vapor ab humore eleuatus. Et cõſtat ꝙ durat iſta ceſſatio quouſqꝫ ſuperueniat cauſa faciẽs febrem. ſ. noua materia ad locũ putredinis. Et ſic habemus cãm ceſſationis febris: qꝛ prius finit humiditas humore qua putret ⁊ exit vapor a corpore q̃ alia materia accedat: ⁊ hoc eſt qd dixit Gal. 2. de differẽtijs febrium caplo vltimo. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et iaꝫ remanſerunt in ea reliquie caliditatis ex putredie prima quãuis nõ remaneat materia. Aut ppter inuẽtionẽ cauſe prime putredinis in materia prima ⁊ inflãmatur in materia ſecunda: ſm ſemitam putrefactionis.

¶ Hic ponit cãs reditus paroxyſmorũ poſt receſſum primi. i. pcedẽtis paroxyſmi. Et qꝛ dixerat ꝙ ceſſatio erat quouſqꝫ aggreget noua materia ad locũ putredinis. ideo nõ dat hic niſi cãs aggregationis noue materiei ad locũ putredis dicẽs duas. prima eſt ꝙ remãſerãt in tpe quietis reliquie caliditatis ex putredine prima: quãuis nõ remaneat mã. ſ. precedẽtis paroxyſmi que ſupple ſunt cã aggregationis vice alia ad locũ putredinis noue materiei. ſcda vero cã eſt: qꝛ aggregat vice alia ad locũ putredinis ppter itẽtionẽ cauſe putrefactionis prime i mã prima. i. pcedẽtis paroxyſmi inflãmatur in materia ſcda ſm ſemitã putrefactionis. i. inflãmatione que eſt via ad putrefactionem.

¶ Nota igit ꝙ de prĩa cã Gẽt. ⁊ Marſi. vident habere rectum intellectum. ſ. ꝙ qñ qꝛ ex putrefactione pcedentis paroxyſmi remanent reliquie eſto ꝙ nõ remaneat mã apta de ſe moueri ad putredinẽ que reliquie ſunt cauſa aggregationis noue materie ad locũ putredinis modis infra dicẽdis. vtrũ aũt iſte reliquie ſint ſola qualitas aut qualitas ⁊ cineritiũ aut ſolũ cineritiũ: ſolent dubitare doctores ⁊ Gẽti. ⁊ Marſi. qꝛ Auicẽ. dicit: quãuis nõ remaneat materia putãt ꝙ intelligitur de ſola qualitate. Ego aũt qꝛ puto ꝙ Aui. quãdo dicit quãuis nõ remaneat materia intelligat d materia apta ſcda vice facere paroxyſmũ: ⁊ p ſuam propriã putredinẽ que non ẽ cineritiũ: puto ꝙ Auic. hic loquit de omni tali reliquia ſiue ſit ſola qualitas ſiue cineritium ſiue ſit aggregatuꝫ ex ambobus nec puto ꝙ neceſſario remaneat cineritium: vt dixi ſupra.

¶ Sꝫ tũc remanẽt aliq̃ dubitatiões. Prĩa q̃ qualitas ẽ iſta q̃ dr relique caliditatis: ⁊ vult Marſi. ꝙ ſunt qdaꝫ gradus caliditatis derelicti. Sꝫ Gẽtilis vult ꝙ gradus caliditatis certe ppꝛietatis ppter quaꝫ reliquie colere

UVA. BHSC. IyR_044_2

aggregant colerā ⁊ reliq̄ flegmatis aggregāt flegma ⁊ reliquie melācolie aggregāt melācoliā. Aliter enim qñ rediret paroxyſmus ꝑ remanētiā ſolius qualitatis nō rediret eiuſdē ſpeciei cū priore: q: caliditas abſoluta ⁊ ꝑter naturā nō h3 attrahere aut regenerare alium humorē q̄3 colerā non naturalē: ⁊ ſic ſemp redirēt paroxyſmi colerici. Ego āt puto ꝙ qñ relinquit̄ mala q̄litas ex putredine p̄ria: quāuis nō remāſerit mā ſub forma cāe antecedētis iſta ē caliditas abſolute: q: hn̄s in ſe diſpōnē: merito cuius ꝑternaturalis diſpōnis ſit factura morbū: raro contingit ꝙ ſeruet ordo ꝑoxyſmoꝝ: ⁊ ſic eſt per regenerationē3 male materiei ꝙ contingit ſm ꝓpinquitatē ⁊ preparationē ꝙ hec mala caliditas quādoq3 facit coleram trahi: aut preternaturalr̄ diſponi qñq3 flegma: qñq3 melancoliā: nec eſt inconueniens poſt talē paroxyſmū ſequi ſynocham ſi ſanguis multū abundet vel ſit facilis inflāmationis: q: talis qualitas nō op3 ꝙ ſit cauſa quare talis mā abſolute generetur. Sed ſufficit ꝙ facit talē materiā ita ꝑter naturam ꝙ faciat nouū paroxyſmū. ¶Et ſi querit̄: ī quo loco remanet talis qualitas. R̄ndet̄ ꝙ pōt eſſe in epate ⁊ in venis ⁊ in artarijs ⁊ in alijs mēbris ſm ꝙ inueniunt̄ parata recipere talē caliditatē ꝑter nā3 que remanet poſt paroxyſmū ⁊ nō ſufficit facere ꝓ tūc febrē niſi prio ſit cauſa attractionis noue materie que putrefiat aut generationis modo dicto. Nec eſt incōueniens ꝙ locus humoris hora ſue putrefactionis ſit habitudo totius extra venas: ⁊ tamē mala qualitas relinquat in venis aut in epate aut in artarijs. vnde medici ſm ꝙ vident mēbra alterata ſine materia varijs locis faciunt aut approximant epithymata vel alia alteratia: ⁊ poteſt hec caliditas eſſe cā attractionis ad mēbrum humoris qui in alio erat nālis: ⁊ poſtq̄3 trahit̄ ſit preternaturalis: q: nō eſt in loco apto ſue cōſeruationi: ⁊ pōt eē ꝙ mēbrū ſiue ſit vena ſiue artaria vel aliud corrūpat nutrimētu3 ad ipſum delatū. Sed vt dixi raro puto hoc contingere ſaltē ꝙ per ſolius qualitatis remanentiā generatur materie que ſunt facture īmediate paroxyſmū: ⁊ ꝙ ſeruet̄ ordo cōſuetus paroxyſmandi. nam nos videmus ꝙ plurimū confidimus in omni putrida febre ꝙ facta integra euacuatione aut a natura aut ab arte ſit ſaluus ab illa febre. Et raro contingit ꝙ per purā alteratione ſine euacuatione aut a natura aut ab arte ſequitur ſanitas in putridis. vt colligit̄ in cōmen. affo. Non ſm rationē alleuiatis. ⁊ ſecunde particule in cōmen. affo. illius. Egritudines pernitioſe abſq3 ſignis ſedate mortem ſignificāt. Et ſi querit̄ quō talis morb⁹ habebit tēpora vřia. ſatis dixi ſupra in caplo de hac materia. Verūtamē puto ꝙ mala qualitas derelicta: ⁊ mala cineritia ſunt cā regeneratiōis partialis materiei q̄ fortaſſis aut erit ꝑs materie faciētis īmediate ſequētē ꝑoxyſmū aut aliū futurū. Et ſi querit̄ in tpe quietis talis febris: in quo tpe ſumus vřī penes materie alteratione: di ꝙ in illo adequato tpe nō eſt febris in aliquo taliū tēporum ſiue ēt pro tunc nō eſt ineſſe exiſtere.

¶Nō vlteri⁹ ꝙ in ſcda cā reditus paroxyſmi Gēti. ⁊ Marſ. hñt hunc intell3 ꝙ inuentio cāe putredinis prime in mā prima ſit cā inflāmationis cōtingētis in materia ſm ſemitā putrefactionis. i. inflāmationis: ꝑ quā eſt in ſemita putrefactionis: ita ꝙ verbi gra. dū materia faciēs primū paroxyſmū putrēſit alterat materiam que dꝫ facē ſcdm paroxyſmū: ⁊ ponit ipſa3 in q̄dā caliditate ꝑter nām ꝑ quā ē in via ad putrefactionē: ⁊ hāc talē alterationē dicit Aui. eē inflāmationē ſcde materie ſm ſemitā putrefactionis. Et ita hic modus differt a prio ſtatim dicto: q: in primo qualitas remanēs poſt paroxyſmū regenerat aut reaggregat materiā. In iſto aūt tpe ebullitionis ⁊ paroxyſmi alterat̄ materia exñs ⁊ ponit̄ nō in putrefactione: ſed in via ad putrefactionē: ⁊ in motu per quē tandē ſit putredo. Ego aūt non puto iſtam eſſe mentē Auicē. q: adhuc hic eſſent reliquie ex putredine prima: ſed cum preſentia materie. Sed puto mentē eſſe eius ꝙ cauſa reditus paroxyſmi ſecūdi eſt: q: ibi eſt materia factura ſcdm paroxyſmu3: que putrefiet ⁊ pelletur ad locum putredinis: q: in ea inuenitur cauſa putrefactionis: que fuit in materia prima. i. faciēte primum paroxyſmū q̄ cauſa eſt ſm ſemitam putrefactionis: q: preparatio ad putrefactione3. verbi gratia. in ſocrate ſunt ſeptē vncie colere ī venis male: quā virtus non poteſt bñ regulare: ⁊ ita incitāt virtutē: ꝙ hodie mouet̄ vna vncia ad putredinē3: ⁊ ꝑ illam incineratur ⁊ diſſoluitur ⁊ ceſſat febris. redit poſtea ſecundus paroxyſmus: q: in mā factura ipſu3 inuenitur cauſa inflāmationis ⁊ accenſionis ſimilis cauſe que fuit in prima. Et q: non cōplete inuenit̄ in colera niſi die tertia. ideo in tertia die mouet̄ ⁊ in flegmate in ſcda: ⁊ ſic de alijs. Et quādo hoc mō contingit: fiūt febres cū ſuis paroxyſmis magis ordinate. Et ad hāc intētionē cōmuniter opantur medici practicantes: qui in die quietis pro cura euacuant materiā quā putant habere ſimilē preparationē illi que fuit ī materia prioris paroxyſmi: vt in tertiana euacuant coleram: ⁊ in quartana melancoliam ⁊ in quotidiana flegma. ⁊ ideo redeūt paroxyſmi plurimū ex materia eiuſdē ſpeciei: nō q: caliditas colere habeat ꝓprietatem mouendi ⁊ alterandi aliam coleram ⁊ nō flegma vel melancolia3: ⁊ pariformiter de alijs humoribus: ſed qñ inuenitur colera talis modi ꝙ expellitur ex venis ⁊ facit ꝑoxyſmū vtplurimū nō ſolū illa parua quātitas inuenit̄ que facit paroxyſmū primū. Si enim ſola fuiſſet inuenta: forte nō tm̄ ſtimulaſſet virtutē: ꝙ fuiſſet ſenſibiliter extra venas pulſa: ſed fuit ibi alia ſimilis ſpēi materia: que cum prima fecit vnā cām ſtimulantis virtutis ad partem expellendā a venis. Et intantū natura reſiduam partē diſponit vt expellat ex cauſis ⁊ modis dictis in q̄one de piodicatiōe: ita ꝙ illud: qd mouet materiā ad extra venas que remāſit cū ſimili diſpoſitione illi qua3 habuit materia ꝓcedentis paroxyſmi. In iſto caſu eſt calor naturalis vł mēbri natura: ſicut mouit primā materiā ⁊ facit inflāmari. Et pōt ly ſꝫ ſemitā putrefactionis cōiungi cū ly inflāmari: q: iſta inflāmatio eſt ſicut in putrefactione. Et pōt cōſtitui cū ly cāe putrefactionis prime. ⁊ tunc ſignificabit ꝙ cā in materia propter quā mouet̄ ad putredinē in ſequenti paroxyſmo ē ꝑparatio ad putredinē. Et iſtud concordat his q̄ plurimū apparet. nā incipiente tertiana de colera naturali in qualitate ſequūtur vtplr̄m paroxyſmi de tali materia. Aliter. n. in principio nō poſſemus iudicare d puritate vel tertiane ⁊ eius cōſiſtentia. Et ſi incipit de colera vitellina videmus vtplr̄m ita ſequi: ⁊ ſic dicat̄ d alijs humorib⁹: hoc modo medici ex natura humoris q peccauit in precedenti paroxyſmo iudicant ⁊ de ꝓnoſtico ⁊ de faciendis per ipſos in futurum. In illis vero: in quibus non remanet niſi mala qualitas: ⁊ noue materie ad putredinem per illam precipitantur: raro poteſt medicus per precedentem paroxyſmum ⁊ ſui naturam iudicare: vel de pronoſtico vel de operibus per ipſum faciendis: ⁊ ſuper hoc modo fundat̄ liber d criſi: ⁊ affo. ille. Paroxyſmus ⁊ conſiſtentias. Nec tamē nego caliditatē ꝓcedētis paroxyſmi aliquo modo diſponere ſequentem materiam: ſed nō eſt principale in hoc: vide vt ſupra dixi Gal. prio d criſi. vult ꝙ ebullitio in talibus materiebus precipue que digerunt̄ ſit a calore nāli: ⁊ ita vult Auer. quarto colliget caplo. 25. al's. 27. ſꝫ rationē meā. ſic igit̄ cauſe reditus paroxyſmi ſunt aut qualitas derelicta ex precedenti aut cineritiū que ſunt cauſa aut generationis noue materiei male aut cōuerſionis bone ad malū alterāde: vel attrahēdo ad locū vbi ſit malū: ⁊ iſte computantur ab Auicē. pro vna que eſt reliquie caliditatis ex putredine prima.

Alia

UVA. BHSC. IyR_044_2

Alia cā eſt:qꝛ remanet mā:ī q̄ inuenit̄ ſcd̄a vice cā pu
trefactiōis ſil'is cāe iuente in mā faciente pꝛimū paro
xyſmū:⁊ qn̄ mā:que remanet ꝑ ſcd̄o poxyſmo fuit ici/
tans partial'r ad pꝛimi mām pellendā: vel putrefiēdā
diuti⁹ fuiſſe illā ſub foꝛma cāe antecedētis:⁊ ex ambo/
bus eē febꝛē vnā mō loquēdi medicoꝝ: vt dixi ſupꝛa.
in capl'o de tpib⁹:⁊ ſi ſit firma materia ante febꝛē ī mē/
bꝛo cā regionis materia ſcd̄i paroxyſmi:aut tractus
ad locum:aut expulſionis:que nō fit ex reliquijs pu/
tredinis pꝛime cōtinet̄ in iſta ſcd̄a cā ſil'is cāe putredi
nis in materia pꝛima:⁊ ſic habemus tres cās reditus.
¶ Ulterius notandū ꝙ qn̄ qꝫ:īmo multotiens nō vna
ſola iſtarū cāꝝ cōcurrit ad reditū ſequentis poxyſmi:
ſed plures.⁊ ideo cōtingunt multe varietates.i.pmu
tationes māe poxyſmoꝝ:⁊ in digōne ⁊ in ſpē:ſed plu/
rimū tn̄ ſunt in oꝛdinib⁹ ſuis qn̄ remanet mā:vel ſtan/
te ſimili regimine remanet eadē cā:⁊ ſil'is:aut genera/
tionis: aut attractionis:aut expulſionis noue māei:ſꝫ
variato regimine ex iſtis nō opꝫ ꝙ ſcruet̄ ſil'itudo ⁊ oꝛ
do poxyſmoꝝ qn̄ remanet mā. ¶ Hic mouet Gen. du
biū:qꝛ ſi mā putrida:q̄ eſt in tpe p̄cedentis poxyſmi ē
cā:ꝙ mouet̄ ſequens mā ad putredinē nō vr̄ qn ſemp
poxyſmus colere deberet pꝛius redire q̄ꝫ poxyſmus
flātꝭ.nā colera ē paratioꝛ putredini q̄ꝫ flegma:⁊ ſubtili
oꝛ ⁊ calidioꝛ ⁊ īflāmabilioꝛ. Et caloꝛ p̄cedentis poxyſ/
mi in col'ica ē foꝛtioꝛ ad īmutādū mām debentē face
re ſcd̄m paroxyſmuꝫ q̄ꝫ in flātica. ¶ Hic rn̄det Gen.
ꝙ ſuppoſito ꝙ remaneat mā:q̄ fuit tpe poxyſmi pꝛio/
ris:q̄ p̄ſupponit̄ eſſe ſufficiētꝭ q̄ꝫtitatis ad faciēdā feb.
ꝙ ſtāte paritate pol'i in col'a ⁊ flāte:in q̄litatib⁹:⁊ mō
ſubē:qꝛ.ſ.vtraqꝫ ī latitudine ſue ſpēi ſil'ẽꝫ ſitū ī gradu
qualitatis:⁊ mō ſubē hēat quaꝫ hꝫ reliq̄: nō videt qn
citius debeat ſeq poxyſmus colerice q̄ꝫ flātice:ita ꝙ ſi
materia fuit tota in vno cumulo:q̄ facit p̄cedentē po/
xyſmū: ⁊ q̄ factura eſt ſequenteꝫ:citius fiet poxyſmus
ſequēs in col'ica: ⁊ h̄ qꝛ ponit̄ col'a eē actu in ſuo com/
plemēto:⁊ talis ē paratioꝛ putredini:niſi foꝛte dicēt̄ ꝙ
reducat̄ ad tertiū diē a ꝓꝓetate īſeq̄nti colē nāꝫ. Sꝫ ſi
col'a dꝫ generari:aut actuari aut attrahi:tūc poxyſmus
col'e erit tardi⁹:qꝛ col'a d̄ ſui ꝓpꝛietate nō recipit cō/
plemētū ſue actuatiōis:vel generatiōis:vel attractio/
nis:niſi ī tertia die:⁊ d̄ ꝓpꝛietate flātis ē vt citi⁹ h̄ fiat.
⁊ iō ī iſto caſu citi⁹ redit:⁊ ꝓpterea dic̄ ſe ſubtil'r dixiſſe
in qōne de ꝓlongatiōe febꝛis flātice: ꝙ in caſu tali in
tpe qetis nō acqrit̄ ī hūoꝛe digō putredinis:ſꝫ p̄para
tio ad talē foꝛmā:q̄ facit poſtea putredinē:q̄ diſpō p̄pa
rans poteſt eſſe ſine putredine. Et ſi accidit ꝙ ſit cum
putredīe qn̄ generat̄ vl' actuat̄:vel attrahat̄:tamē nō
facit febꝛē niſi ī tertio. niſi ex cauſis accidentib⁹:qꝛ nō
tn̄ oī q̄ꝫtitate facit febꝛē quā n̄ hꝫ niſi ī tāto ſpacio tpis
ſ.quouſqꝫ veniat ad tertiū diē. Sed veritas ē ꝙ pluri/
me febꝛes īterpolate multoꝛū poxyſmoꝛū:⁊ īuadentes
oꝛdinate:aut mō tertiano: vel quotidiano: vel quarta
no pendent in pꝛincipio a mā cōtenta in venis:qd̄ pꝫ:
qꝛ in pluꝛib⁹ taliū ꝯſideram⁹ ſigna digōnis in vrina q̄ a
venis fert̄:⁊ ſup hūoꝛes in illis ꝯtentos ſignāt nō ſup
hūoꝛes extra venas. Et cōſtat ꝙ ī euādo ⁊ minoꝛan/
do cōſideramus multitudinē:aut paucitatē māei: non
ſolū illi⁹ q̄ facit p̄ſentē poxyſmū ſed ꝓ futuris. Iſtā tn̄
mām nō dico ita eſſe in vno cumulo:ac ſi tota ſit vnifoꝛ
mis:⁊ nō alteri hūoꝛi cōmixta:īmo ē mixta cuꝫ hūoꝛi/
bus q ſunt in venis:ꝓpter quā cām nō tota ſimul a ve
nis expellit̄.ſꝫ mō ſupꝛadicto ī qōne de cauſis ꝑiodi/
dicatiōis. Cū igit̄ tota mā ē a pꝛincipio accidit ꝙ cole
ra:q̄ erat tpe pꝛioꝛis poxyſmi mouet̄:aut tota:aut ꝓm
ꝑtē in tertia die vtpl'm:⁊ flegma ī ſcd̄a die:⁊ cuꝫ argr̄.
colera ē magis parata putredini q̄ꝫ flegma: qd̄ rema/
net poſt pꝛimū poxyſmū flātice.negat̄:nec vꝫ argumē
tū.eſt calidioꝛ ⁊ ſubtilioꝛ.ergo cū a caliditate putrefiat
citius putrefiet.videmus enim vinū maluaticū ſubti/
lius eſſe vitello oui:⁊ vitellus oui putrefiet extra coꝛ/
ticē in duobus diebus:⁊ vinuꝫ illud nō putrefiet:ēt ſi
ponat̄ ī ſole vl' loco cal'o vl' hūido ī.10.vel.20.aliō.n.
eſt abſolute calefieri:aliud putrefieri. Preterea pluri/
mū vt dr̄ ſupꝛa tales humoꝛes nō putrefiūt in caſib⁹ di
ctis:niſi poſtq̄ꝫ ſunt extra venas:ꝯſtat aūt ꝙ ad hoc vt
facile pellant̄ pꝛio debēt ſeq̄ſtrari a ſanguine:⁊ colera
ſubtilioꝛ exn̄s:⁊ mioꝛis q̄ꝫtitatis q̄ꝫ flegma min⁹ faci/
liter ſeq̄ſtrat̄. In caſib⁹ aūt vbi oꝫ māꝫ de nouo gnāri:
miroꝛ de Gētili q dicat ꝙ ī colera ē ꝓꝓetas:vt nō ſit ge
nita niſi in die tertia:qꝛ iſta ꝓpꝛietas eēt ī eo qd̄ nō eſt.
Et de iſtis ꝓꝓetatib⁹ qd credā vidiſtis ſupꝛa:ita ꝙ to/
tū oppoſitū vꝫ mihi ei⁹ qd̄ Gēti.dixit in hoc dubio.
¶ Qꝫ ſi querat̄ an mā:que mouet̄ ex venis ad faciēdū
ſcd̄m poxyſmū ſemp mouet̄ ad locū vbi putruit:ꝑt di
ci ꝙ vtpl'm ita lꝫ ꝙ h̄ nō ſit neceſſariū. ¶ Et ſi q̄rit̄ vtꝝ
in tpe quietis ſit coꝛpus ſanū inter duos poxyſmos:dr̄
ꝙ lꝫ raro ſit ita:tn̄ non eſt īpol'e:ſicut non eſt īpoſſibile
ſanū quotidie vomere colerā pallidā:aut generari ma
niſeſte ꝓm dextrū hypocūdriū:vt dr̄ ſcd̄o tegni.⁊ ſcd̄o
cōpl'onum. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Res ergo putredinis habet reuolutiones ꝓꝫ
inuentionē caliditatis nō deficientis:putrefacien
tis ⁊ reſoluentis:⁊ facientis cinerem: ⁊ pertran/
ſeuntis ad vicinum donec abſcindat terminum:
⁊ finiat materiam:⁊ non inueniat vicinum aliud
⁊ remaneat febꝛis expectans materiam aliam:⁊
attrahat ad locum ſuum.

¶ Hic epilogat illud qd̄ dixit de cā īterpolatiōis:cuꝫ
putredo eſt extra venas dicēs:ꝙ igit̄.i.ex dictis appa
ret ꝙ res putredīs.i.febꝛis:q̄ eſt effectus putredīs:re
uoluit̄.i.hꝫ reuolutiōes:vl' circuit⁹:mō Gal.ſcd̄m.i.ꝑ
inuētionē cal'itatis nō deficiētis ī putrefaciēdo:⁊ reſol
uēdo:⁊ faciēdo cinerē d̄ mā vni⁹ poxyſmi:⁊ ꝑtrāſeūtis
in reſoluēdo de vna ꝑte ad aliā ſibi vicinaꝫ:qꝛ reſoluit
ꝑtē ante ꝑtē trāſeūdo de vno ad aliā ſibi vicinā p̄para
tam putrefactiōi donec abſcindat iteꝝ.i.reſoluat totū
vſqꝫ ad finē vltimū illi⁹ q̄ꝫtitatis materiei:⁊ finiat ma/
teriam:qꝛ reſoluat eam. Et nō inueniat aliud vicinuꝫ.
ſupple paratum pꝛo tunc putrefieri ⁊ facere febꝛem:⁊
pꝛo tunc remaneat.i.ceſſet febꝛis quouſqꝫ noua mate/
ria mouet̄ ad locū vbi fuit pꝛīa putrefactio:⁊ h̄ vtpl'm
accidit ī talib⁹. Et ſiue mā iſta de nouo a venis ad illū
locū pellat̄:ſiue in mēbꝛo vbi fuit putrefactio remāeat
aliqd:ꝑ qd̄ atrahitur: aut ſup.generet̄:⁊ ſi textus alio
mō inuenit̄ eſt coꝛruptus:nec dꝫ dicere reſoluit̄:ſed re
uoluitur vt inuenit̄ plurimū in libꝛis.

¶ Cum aūt putredo eſt intra venas:tūc accidit
vt ſit reſolutio cōpleta difficilis:⁊ nō reſoluitur
putredo per cōtinuitatē:que eſt in quibuſdaꝫ ve/
nis cum alijs ⁊ putrefit omnis res:que vicina eſt
ei:deinde reuoluitur ad vicinū aliud. Et iterum
illud quod compꝛehenſuꝫ eſt in venis eſt vehemē
tioꝛis continuitatis ad coꝛ.

¶ Hic vt ſupꝛa dr̄.dat cām q̄re ex putredīe ītra vēas
fit febꝛis ꝯtinua dicēs:ꝙ qn̄ putredo ē intra vēas:ſup.
⁊ ita remanens vſqꝫ ad cōpletam reſolutionē total' hu
moꝛis moti ad putredinē:⁊ facientis febꝛem:tunc acci
dit vt reſolutio ꝯpleta talis humoꝛis ſit difficilis: ⁊ iō
diu ſtat talis humoꝛ anteq̄ꝫ total'r reſoluat̄ plus q̄ꝫ qui
eſt ſparſus in ambitu totius:⁊ tunc etiā non reſoluitur
putredo.i.non finitur putredo per totalem reſolutio/
nem ſue materiei cito ꝑꝑ ꝯtinuitatem:q̄ eſt in qbuſdā
venis cū alijs:⁊ putrefit oīs res:que vicina eſt ei.ſ.ꝑti
pꝛius putride:⁊ intelligatis oēs res.i.oīs pars hūo/
ris q pꝛio erat motus ad putredinē:vel q eſt valde pa/
ratus putredini:deinde ſupple an̄q̄ꝫ totalis ſit fcā re/



UVA. BHSC. IyR_044_2

ſolutio mãei p̄ioꝛ mote reuoluitur putredo ad aliud vicinū.i.incipit putrere alia mã:ita ꝙ añ finē putredinis p̄ime incipit ſcda:⁊ iteꝝ alia cauſa ꝙ citius mouetur aliud vicinum q̄ꝫ mã p̄ima intra venas ſit ita reſoluta ꝙ nō faciat febrē eſt:q: illud qđ eſt cōp̄rehenſum ī venis eſt vehementioꝛis continuationis ad coꝛ.

Modus q̄druplex feb. continue. Primus modus. ¶ Notandū ergo ꝙ quattuoꝛ modis poſſumus imaginari fieri febrē cōtinuā. vnus eſt ꝙ in p̄ncipio tota mã debēs putrere ⁊ facere talē febrē moueat:⁊ icipiat putrere:⁊ nulla alia mã ſibi addat:imo cū ipſa erit ex toto reſoluta ceſſabit febꝛis itegre recte:ſił in tertiana vnius poxyſmi tota mã mouet in p̄ncipio poxyſmi:⁊ cōtinuat caloꝛ ſiue ꝯtinuet reſoło per partē añ parteꝫ:ſicut.n.in aqua feruente tota nō oēs ptes ſimul reſoluũtur:ſic nec in tali mã:⁊ quidā intelligunt in iſto caſu ꝙ ꝯtinuat putredo:aut intēdēdo ī gradibus putredinis: aut tranſeunte de vna parte mãli ad alias:lꝫ ſit in p̄ncipio in oibus partibus foꝛmalibus talis modi:⁊ in iſta nō reſoluitur putredo vſq; ad totalē finem reſolutione itegra in materia:que pꝛio incipit putrere pp ꝯtinuitatē: que eſt iſtius mãei in q̄buſdā venis:q: cū ſint ptes huius materiei ꝯtinue:⁊ cū alijs humoꝛibus ita connexe vt videant vna:quaſi p̄hibet reſolutio cita vt ſupꝛa dixi de vino bulliēte cū aq̄:⁊ putrefit oīs res : que vicina eſt ei.ſ.parata putrere:⁊ reſoluit.i.p̄mutat ad vicinū.aliud.ſ.in reſoluēdo:aut in putrefaciēdo ſi ſit ſꝫ ptes diuerſas mãles ꝯtinuatio putredis:quouſq;.ſ.tota mã moueat reſoluat:⁊ febꝛis ceſſet : ⁊ in hoꝛa febꝛis eſt etiam veꝝ id qđ addit in fine:⁊ iteꝝ illud qđ eſt cōp̄rehēſum in venis ēt:⁊ talis ſupple facit febrē durare cū minoꝛi quãtitate huius putredis q̄ꝫ ſi eſſꝫ eꝝ venas.

Scđs modus. ¶ Secūdus modus eſt ꝯtinuarum:q: a p̄ncipio certa q̄ꝫtitas materie:de qua ſemp aliqđ remanet ī actu putredinis:lꝫ tñ in tpe quo putrefit aſſocianꞇ ſibi alie materie facientes febrē:que habebāt tantā p̄parationeꝫ: ꝙ ppter putredinē in re vicina putrefiunt. Et in iſta ēt vt videtis verificatur textus totus:⁊ ſit cōtinuatio:tñ p̄incipaliter in materia vna.

Tertius modus. ¶ Tertius modus eſt ꝙ mã vna moueꞇ ad putredinē ⁊ p putrefactionē reſoluũtur partes eius:⁊ q: cōtinue iuxta talem mām:q̄ in p̄ncipio putrefit ē alia:q̄ eſt parata accēdi.ideo ꝯtinue noua materia accendiꞇ:⁊ ſicut reſoluiꞇ de pꝛioꝛi:ita de noua accendiꞇ:lꝫ aliq̄n equaliter:aliq̄n plus:aliq̄n minus. Et de hoc genere imaginaꞇ Gal.febꝛes ſinochas:quas pp cōparationē partis de nouo in putredinē trāſeūtis ad illā:que reſoluiꞇ:diuiſit in tres modos.ſ.augmaſticā:homotenam:⁊ paugmaſticam:⁊ in iſtis verificatur. Et foꝛte lꝫ in omnibus iſtis tribus modis verificeꞇ textus Auic.tñ q: hoc eſt claꝝ.ideo Auic.nō intellexit de iſtis:ſed ſolū de conti

Quartus modus. nuis pꝓpoꝛtōalibus:in q̄bus cā ꝯtinuitatis nō eſt ita manifeſta:ita ꝙ velit hic dicere ꝙ q̄n putredo iſtoꝝ hūoꝛum a ſanguine.eſt intra venas p̄cipue:que ſunt longe a coꝛde facit ꝯtinuam:ita tñ ꝙ ſunt ei excreſcentie: pp quas manifeſteꞇ poxyſmus:q̄m cōiter eſt apta facere:ſicut ꝟbi grã.tertiana ꝯtinua:in qua de tertio in tertiū eſt exacerbatio:⁊ tñ remanet ꝯtinua:⁊ iſta cōtinua q̄rti modi:q: p̄mo mouet materia ad putredinē : que ante finētotalis febꝛis reſolueref:ſed ante ſuā reſolutionem mouebiꞇ alia:⁊ poſt añ reſolutionē ſecūde mouebiꞇ tertia vſq; ad finē:⁊ ita ꝯtinuat per tranſitū noue mãe in putredinē ante reſolutionē p̄cedētis . ¶ Et de hac dicit Auicen.p̄imo:q̄n putredo eſt intra venas:tūc reſolutio cōpleta eſt difficilis. Et huius cām dixi ſupꝛa:q: mã eſt collecta in loco vno:⁊ hec difficilius diſſoluitur q̄ꝫ ſparſa:vt dixi de aqua ſtante in cypho ad ſolem:⁊ de alio cypho ſparſo in lato loco extra ſolem ꝙ p̄imus difficilius reſoluiꞇ. ¶ Scđo dicit: ꝙ nō reſoluitur putredo.ſ.pꝛia materia moueꞇ ad putredinē integre añ alterius noue putrefactionē pp cōtinuitatē:que eſt in quibuſdā venis cum alijs.i.in quibuſdā venis:lꝫ ſit tam paucum ꝙ poſſet reſolui:⁊ humoꝛ qui p̄incipalꝛ paratus eſt putrere:vt colera ī tertiana ꝯtinua certe tota:q̄ in vena inueniꞇ:cū pp cōmunitatē:que ē illaꝝ venaꝝ cū alijs in cōcauitate ꝯtinue ad illas fluit humoꝛ:q p̄hibet citā reſolōnē ꝙ nō opꝫ eē q̄n hūoꝛ putrefit extra venas. ⁊ iō dixit ī q̄buſdaꝫ: nō in oibus:q: in magnis nō ſolum eſt pp cōtinuitatem cum alijs. Sed q: eſt multus humoꝛ cōmixtus hūoꝛi: qui p̄incipalꝛ putrefit:⁊ p̄hibet eius diſſolutionē:ſicut dixi ſupꝛa de vino bulliēte mixto cū aq̄:ꝙ p aq̄ mixtio nē p̄hibeꞇ a reſolōne. Et ita hec eſt ſcđa cā nō citandi diſſolutionē humoꝛis peccantis dū eſt ī venis:lꝫ.ſ. humoꝛ eſt alteri humoꝛi cōmixtus q p̄hibet citā diſſolōnē. Et lꝫ ſic in paruis paucū humoꝛē hñtibus:tñ pp cōtinuitatē:q̄ eſt illarū cū alijs infundiꞇ nouus fere cōtinue:q p̄hibet integrā citā reſolōnē. ¶ Tertio addit ⁊ putrefit oīs res:q̄ vicina eſt ei:⁊ hoc eo mō quo diximus ī īterpolata ꝙ putrefit oīs res vicina p tūc parata putredini:q: putredo ꝯtineꞇ in ptibus mãei:que ē mota p vna exacerbatione quouſq; oēs ſue partes putrefiant ⁊ reſoluanꞇ:nō ꝙ oīs humoꝛ qui ab illo putrido tangiꞇ putrefiat:q: tūc ſtatim in venis putrente colera putrefieret ſanguis:qđ ē falſum. ¶ Quarto addit:deinde reuoluiꞇ:vel ſm aliā lraꝫ reſoluit ad vicinū aliō: deinde añq̄ꝫ tota pꝛia mã moueꞇ reſoluaꞇ:putredo reuoluiꞇ.i.trāſit ad aliud vicinuꝫ qđ de nouo moueꞇ ad putredinē:ita ꝙ in iſta nō finiꞇ mã donec nō inueniat vicinū:ſicut in īterpolata dicebaꞇ:niſi ī vłī fine. Sꝫ in exacerbationibus p̄cedētibus vltimā añq̄ꝫ deſinat īuenire vicinū motū ſecū ad putredinē moueꞇ alia ad putredinē:q: tādiu ſtetit caloꝛ in reſoluēdo illā:q̄ pꝛio ē mota ꝙ ſcđa mã eſt p̄parata ⁊ mota ad faciēdā exacerbationē nouā. ¶ Ultimo addit ad dandū aliam cām. quare diu durat febꝛis in cōtinua ex mã:que moueꞇ ad vnā exacerbationē magis q̄ꝫ īterpolata:q: illud qđ eſt cōp̄rehenſum in venis eſt vehemētioꝛis cōtinuatiōis cū coꝛde. Et pp hoc q̄n mã eſt multū paucificata: ita ꝙ ſi eſſet extra venas nō ſufficeret facere febrē : q̄n eſt ītra adhuc facit:⁊ iō diutius expectat añq̄ꝫ redeat pꝛia febꝛis. hoc ergo modo totus textus faciliter adaptaꞇ.

¶ Et vt plane ītelligaꞇ ponā exēplū ī tertiana īterpolata ⁊ ꝯtinua:dādo ſm textū Aui.cās q̄re vna ē ꝯtinua alia vō cuius putredo eſt eꝝ venas interpolata. ¶ Ponamus q̄ ꝙ in ſocrate eſt tertiana interpolata. tūc ſi dꝫ eē plurīū paroxyſmoꝝ oꝛdinatoꝝ ꝯiter:ita eſt ꝙ in venis eius inueniꞇ colera:q̄ eſt de q̄dā ſpēꝫ colere abūdās in ambitu totius tāꝫ intra q̄ꝫ eꝝ:⁊ que eſt malaꝫ ſtimulans virtuteꝫ ad expulſionem. Uirtus igitur venarum:que ſunt in ambitu totius tam intra q̄ꝫ extra conaꞇ ad huius expulſionē:⁊ p̄imo ſeparat ab alijs humoꝛibus q̄ꝫtuꝫ pōt: ⁊ q: certā q̄ꝫtitatem ſequeſtrauit:que moleſtat virtutem:cum adeo eſt moleſta ꝙ cogiꞇ tunc illam parteꝫ expelli extra venas in totum coꝛpus:⁊ ibi ſpargitur:⁊ nō ita regulata a natura: ſicut ītra venas putrefit ⁊ bullit ⁊ facit paroxyſmū:ita ꝙ quando expellitur facit pūcturas ſuper membꝛa ſenſibilia currens poſtea calefacta per putrefactionem calefacit:tandem ſtat in calefaciendo:⁊ poſt quando plurimū eſt reſolutum ⁊ cōuerſum in vapoꝛeꝫ remittiꞇ caloꝛ:⁊ quando totus humoꝛ eſt in vapoꝛē ꝯuerſus:⁊ vapoꝛ totus: aut quaſi totus a coꝛpoꝛe per poꝛos exiuit quieſcit febꝛis: ſed q: in venis remanſit colera:que hꝫ cauſam putredinis:vel trāſitus ad putredinē ſimileꝫ cauſe inuente in pꝛima:⁊ natura ipſam paulatim ſeparabat tandē ꝙ colera iſta per ſeparationē:⁊ pꝛo acq̄ſitione qualitatū facientiū ad eius expulſionē extra venas eſt ſufficiēter p̄parata: ⁊ ſtimulans expellitur a virtute extra venas:⁊ fiet ſecundus paroxyſmus. Et q: poſt expulſioneꝫ mãe faciētis p̄mū paroxyſmū natura in colera ad hanc ſcđam partē p̄parandaꝫ

randã ſtat duobꝰ diebꝰ vtplurimum: ⁊ nõ plus: niſi ĩtra
latitudinẽ diei in plus vel minus. iõ in ſpacio medio
poſt motũ pꝛime materiei inter duos ⁊ tres: vel citra
mouet̃ ſecũda mã ad faciẽdũ febꝛẽ. ſed qꝛ materia que
mota fuit pꝛius cõſumitur in duodecim hoꝛis rema/
nent cõmuniter. 36. hoꝛe quietis vel circa. ⁊ h̃ mõ fiet
quies ⁊ reditus. ¶ Sed pone ꝙ in platone ſit ſimilis
colera: que debet facere tertianã cõtinuã. tunc natura
nõ poterit pellere humoꝛẽ ꝑoxyſmaliter extra venas:
ſed de venis magnis bene mittit ad paruas venas: q̃
ſunt ĩ ambitu totiꝰ: ſicut in ĩterpolata mittit ex̃ venas:
⁊ in ſimili ſpacio: vel quaſi diſponit̃ illa q̃ remanet: vt
pars eius expellat̃ per duos dies poſt expulſionẽ pꝛi/
me: ſed q̃ eſt hec differentia: qꝛ iſta colera q̃ mouetur ĩ
pꝛĩa vice nõ cito reſoluit̃: ĩmo expectabit duobꝰ diebꝰ
⁊ plus anteq̃ȝ ſit tota ita reſoluta ꝙ nõ faciat febꝛeȝ ⁊
anteq̃ȝ hoc tp̃s trãſeat mouebit̃ ſcõa materia ad faciẽ/
dã ſcõam exacerbationeȝ: ⁊ ſic fiet cõtinua. Et ſi dicat̃
quare iſta mã exiſtens equalis quãtitatis ⁊ ſil'is modi
ſub̃e in iſto platone diutiꝰ ſtat anteq̃ȝ reſoluat̃ in ſocra
te: dicit Auic. ꝙ hoc eſt: qꝛ reſol'o in iſto caſu eſt diffici/
lis: pꝛĩo qꝛ materia eſt ꝯſtricta. ⁊ nõ ſparſa. vnde dixi
vobis exẽplũ de aqua medie libꝛe poſita ĩ vno cypho:
⁊ alia aq̃ ſimilis quãtitatis ſparſa ſuꝑ magno ſcãno ꝙ
hec ſcõa a debilioꝛi caloꝛe multo citius reſoluit̃. ſcõa
cã eſt ꝓpter cõtinuitatem: q̃ eſt in venis q̇buſdã cum
alijs venis: ꝓpter quã ꝯtinuitatẽ ꝯtinue ĩfundit̃ nouis
humiditatibus: ita ꝙ humoꝛ putridus intra venas eſt
ĩmixtus multis humiditatibus: q̃ ꝓhibent eius citam
reſol'onẽ: ſicut dixi ſupꝛa. ꝙ libꝛa vini ꝑ ſe poſita ad eq̃
liter bulliendũ cũ alia libꝛa nõ poſita ꝑ ſe in lebete: ſed
cũ decẽ libꝛis aque pꝛima citius diſſoluit̃. Scõa cã ẽ.
qꝛ illud qõ in venis eſt: ẽ vehemẽtioꝛis cõtinuitatis cũ
coꝛde. ⁊ ideo opȝ magis paucificari fumos putridos
inter venas ad hoc vt ceſſet febꝛis: q̃ȝ qñ materia ẽ ex
tra venas. ⁊ ideo etiaȝ diutius expectat̃. hec eſt Auic.
ſnĩa. Et ſi nõ ſemꝑ hoc modo cõtingat: tñ vtplurimũ
eſt ita. nam per ſolum cineritium: aut per ſolã qualita/
tem remanentem raro cõtingit ꝙ multiplicent̃ paro/
xyſmi oꝛdinati ⁊ multi. Et tu vides ꝙ cauſaȝ quare de
tertio in tertium mouet̃ colera: ⁊ in quarto melanco/
lia ⁊c̃. Auic. hic nõ tangit. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et iſte quidẽ febꝛes quibus ſunt paroxyſmi
eradicationis ⁊ tẽpoꝛis quãdoq̃ȝ dimittunt oꝛdi
nem ſuum ꝓpter diuerſitatẽ materierũ in multi/
tudĩe: ⁊ paucitate: ⁊ groſſitie: ⁊ tenuitate. ¶ Et
ꝓpter diuerſitatem in eis in genere: ita vt permu
tentur quedã materie: ⁊ fiant d̃ genere materiei
alterius: que diuerſificatur in eis in ſpecie: non in
multitudine ⁊ paucitate ⁊ tenuitate ⁊ groſſitie
tm̃. ¶ Et quãdoq̃ȝ fit ex malitia regiminis egri:
aut ꝓpter debilitatem eius. ¶ Aut ꝓpter mul/
titudinem ſenſus eius.

¶ Hic Auic. poſitis febꝛiũ diuerſitatibus: que ſunt ra
tione diuerſitatibus locoꝛũ putredinis ponit quaſdam
particulares diuerſitates febꝛium: ⁊ cauſas illarum: ⁊
cum hoc dat quoſdam cañ. ⁊ diuiditur pars iſta in tres
partes. In pꝛima ponunt̃ diuerſitates febꝛiuȝ quo ad
diſpoſitiones paroxyſmoꝛuȝ. ſcõo ponunt̃ cañ. tertio
ponuntur quedam diuerſitates pulſuum in febꝛibus.
ibi ſcõa (Et deterioꝛes quidem.) ibi tertia. (Pulſus ve
ro.) pꝛima adhuc diuiditur in tres partes. pꝛimo po/
nuntur due diuerſitates febꝛium cum ſuis cauſis. ⁊ ſe/
cundo ponuntur tres modi cõtingentes qñq̃ȝ in febꝛi
bus. tertio ponuntur due alie differentie ꝑoxyſmoꝛuȝ
cũ ſuis cauſis. ſcõa ibi. (Et ĩ q̇buſdã febꝛibꝰ cõponũt̃).
tertia. (Et ꝑiodus q̇dẽ) pꝛĩa iterũ in duas ſm̃ ꝙ duas
ponit diuerſitates cũ ſuis cauſis. ſcõa ibi. (Et ꝑoxyſmi
q̇dẽ q eradicant̃.) In pꝛĩa dicit: ꝙ iſte febꝛes in q̇bus
ſunt ꝑoxyſmi eradicatiõis. i. cũ ꝗa q̇ete a febꝛe: aut pa
roxyſmi tp̃is. i. ĩter quos lȝ nõ veniat ꝗa ĩfebꝛicitatio:
eſt tñ manifeſta remiſſio vl' tepoꝛ caloꝛis: ⁊ ſic loq̇t̃ de
interpolatis cũ dicit: ꝙ hñt ꝑoxyſmos eradicatiõis: ⁊
de ꝯtinuis ꝓpoꝛtionalibꝰ qñ dicit tepoꝛis: ⁊ iſta eſt ꝗa
lr̃a: nõ illa q̃ loco tepoꝛis dicit tp̃is: qꝛ nõ h̃ꝛet ſenſum
bonũ vel effectꝰ alicuius: lȝ poſſet toꝛq̇ri. de iſtis ergo
dicit: ꝙ qñq̃ȝ dimittũt oꝛdinẽ ſuũ: qꝛ vbi pꝛĩo inuade/
bãt de tertio in tertiũ: mõ inuadũt de q̃rto in q̃rtũ: vel
alio mõ: aut qꝛ p̊ anticipabãt: vel alio mõ poſtponũt:
vl' qꝛ pꝛĩo erãt foꝛtioꝛes: poſtea ſũt debilioꝛes: vl' alio
mõ. ¶ Et huiꝰ aſſignat q̃ttuoꝛ cãs. pꝛĩa ẽ ex ꝑte h̃uoꝛũ
q diuerſificant̃ ĩ multitudĩe ⁊ paucitate: aut ĩ groſſitie
⁊ tenuitate: aut diuerſificant̃ ĩ gñe vl' ĩ ſpẽ: nõ ſoluȝ in
groſſitie: vl' multitudĩe: ſic̃ pꝛĩo erat colera: poſtea mo
uet̃ flegma vl' mel'ia. ſcõa cã eſt ex ꝑte malitie regimi/
nis egri: vt ꝙ comedat ĩflãmãtia ꝑꝑ q̃ anticipet ꝑoxyſ
mus: aut ĩterpolata fiet ꝯtinua. tertia cã ẽ ex ꝑte d̃bili/
tatis ꝟtutis: qꝛ qñ nõ p̃t bñ regl'are accidit ĩoꝛdinatio
ꝑoxyſmoꝝ. quarta cã ẽ ml'titudo ſenſus egri ſibi ſuꝑ/
ueniẽs: ꝑꝑ quã ſenſata ĩoꝛdĩatiõe irritat̃ mã ad citius
¶ No. g̃ p̊ circa hũc locũ ꝙ dãdo cãȝ q̃re (mouẽdũ.
febꝛes dimittũt oꝛdinẽ ſuũ nõ dixit aliq̇d de varietate
q̃litatis derelicte: q̃ eſt cã reditꝰ ꝑoxyſmoꝝ: nec de va
rietate cineritij: qꝛ vt dixi: qñ ex his ſolis cãis p̃ter na
turã redit ꝑoxyſmꝰ: nõ ẽ cõiter febꝛis oꝛdĩata. i. ꝑoxyſ
mus ſuꝰ. ⁊ iõ tales nõ dimittũt oꝛdinẽ cõiter: ſȝ loq̇t̃ h̃
de illis: in q̇bꝰ remãet mã: q̃ fuit ſub foꝛma cãe añtis.
¶ Scõo no. ꝙ varietas ĩ ſubtilitate alijs poſitis ꝑibꝰ:
qꝛ ſeq̇ẽs ſic ſubtil'r ẽ cã acceleratiõis: qꝛ citiꝰ mouetur
ſubtilioꝛ: ſi tñ alia nõ ſint paria: nõ oȝ: vt ꝑȝ d̃ colera ⁊
fl'ãte ex ſupꝛadc̄is. ſil'r qñ ẽ amplioꝛ plerũq̃ȝ anticipãt
ꝑoxyſmi: qꝛ magis ſtimulat̃ ꝟtꝰ: ⁊ h̃ ſi alia ſint paria. ⁊
ꝟtus ꝯſtet: groſſities ⁊ viſcoſitas: ⁊ paucitas ſunt cãe
¶ Tertio no. ꝙ varietas ĩ gñe: ſiue ĩ ſpẽ fa/ (oppoſiti.
cit hãc varietatẽ ꝑoxyſmoꝝ: nõ ꝑꝑ ꝓpꝛietatẽ: de q̃ di/
cũt Gẽtilis: ⁊ ſeq̇ẽtes eũ: qꝛ tal' nõ p̃õt eẽ: ſȝ ꝑꝑ diſpo
ſitiões: q̃ comitant̃ ſpẽm ꝑꝑ ſubtilitatẽ ⁊ viſcoſitateȝ ⁊
multitudinẽ: qꝛ modus mixtionis: per quã reſiſtit mo/
tu ad putredinem: aut foꝛma ſua ſubſtãtialis: aut foꝛ/
ma occulta per quam alio modo reſiſtit: licȝ non ſit foꝛ
ma inclinans ad faciendum motuȝ: vel ad patienduȝ
plus in certo numero dieruȝ q̃ȝ in alio: vt dixi ſupꝛa.
¶ Circa ſcõam cãm nota ꝙ malitia regiminis in quo/
cunq̃ȝ genere rerũ nõ naturaliũ poteſt eſſe cauſa diuer
ſificationis ⁊ dimiſſionis oꝛdinis paroxyſmoꝛuȝ faciẽ/
do malignari amplioꝛem materiam: aut regenerari:
aut eandem magis moleſtam.
¶ Circa tertiam cauſam memento ex dictis ſupꝛa ꝙ
tales motus fiunt a virtute ⁊ a caloꝛe naturali. ⁊ ideo
virtute conſtante in materia ſimilis modi fit pꝛoceſſus
oꝛdinatus: ſed cum virtus multum debilitat̃: tunc nõ
ſeruatur oꝛdo varijs materiebꝰ pꝛecipitãtibus ad pu/
tredinem. Et virtute imbecilla cõtriſtata ab oĩ leui mo
tu faciẽte varios conatus: vñ blaſphematur hic mul/
ta diuerſitas. 4. colliget: vt ſupꝛa dixit.
¶ Circa q̃rtã cãȝ no. ꝙ ꝑ multitudinẽ ſenſus ml'ti ĩtel
ligũt doloꝛẽ: q qñq̃ȝ redit ĩ febꝛicitãtibꝰ: ꝑꝑ quã irrita
tur nã: ⁊ mouet̃ mãe: ⁊ ita variat̃ oꝛdo. Alij tñ ĩtelligũt
ſenſibilitatẽ mẽbꝛi: vnde qñ nerui fiunt multũ diſco/
operti ⁊ magis ſentiẽtes omne nociuuȝ irritat nãm ad
expellẽdũ añq̃ȝ fuiſſet irritata alia vice: ⁊ ſic ꝑoxyſmi
dimittũt oꝛdinem ſuum.

¶ Et paroxyſmi quideȝ qui eradicãtur ĩcipiũt
ſm̃ plurimuȝ cum hoꝛripilatione: aut frigoꝛe: aut
rigoꝛe: ⁊ reſoluuntur per ſudoꝛeȝ. ¶ Et non in/
cipiunt cum frigoꝛe: aut hoꝛripilatione ſm̃ pluri/
mum: niſi aut pꝛopter frigus humoꝛis: aut pꝛo/



UVA. BHSC. IyR_044_2

ꝓpterea: qꝛ humor mordicat lacertos: aut propter profundationem caliditatis ad interiora redeuntis ad partem materiei: aut propter debilitatem virtutis: aut propter frigus aeris: ſicut contigit tempore hyemis. ¶ Et illud quod fit ex mordicatione caliditatis eſt dignius: vt ꝓportionetur ad horripilationem ꝗꝫ ad frigus. Et plurimum qđ accidit de eo eſt vt ſit ſicut punctio acuum in omni membro. ¶ Uerum reſolutio materiei cū ſudore eſt: quoniam caliditas putrefaciens reſoluit humiditatē: ⁊ remanet cinereitas. Cum ergo ſit illa humiditas non obſeſſa in venis facilis fit expulſio eius per ſudorem in poris.

¶ Hic Auic. dat aliā diuerſitatē cū ſuis cauſis. Et dicit in ſūma ꝙ paroxyſmi īterpolatarū incipiūt cū horripilatione ⁊ rigore ⁊ frigore: ⁊ finiunt cū ſudore vtplꝰm ⁊ hoc non fit vtplꝰm in cōtinuis. Prīo ergo dicit hoc đ interpolatis: ⁊ dat cām. Scđo de ꝯtinuis: ⁊ dat cām. ibi ſcđa. (Paroxyſmi aūt inſeꝑabiles.) ¶ De pria dicit prīo ꝙ paroxyſmi febris interpolate ꝗ eradicantur incipiūt vtplꝰm cū aliquo iſtorꝫ trium accn̄tium. ſ. horripilatione vel frigore: vel rigore: ⁊ reſoluūtur cū ſudore. ¶ Dicit ſecūdo: ꝙ cā quare incipiūt cū ðcīs accidētibus: vel aliquo eorꝫ eſt vna iſtarꝫ qnqꝫ cauſarꝫ: vtplurimū. prima eſt frigus humoris. nā humor frigidus cū a venis extra venas pellit̃ ſuper mēbra calida ⁊ ſenſibilia: ſicut ſunt muſculi ſentit̃ frigidius: ⁊ ita fit frigus in ꝑncipio harū febriū. ¶ Scđa cā eſt: qꝛ humor mordicat lacertos in principio. nam cum eſt in venis: quia vene ſunt pauce ſenſibilitatis non mordicat: ſed quando pellit̃ ſuper ſenſibilia mēbra in principio paroxyſmi: tūc mordicat ſine acuitate: ⁊ poteſt accider̃ ex hoc etiam frigus: vt dicet̃ in capꝉo ꝓpꝛio de iſtis accidētibꝰ. ⁊ iſte due cauſe ſunt interpolate magis. ¶ Tertia cauſa eſt ꝓfundatio caliditatis tendentis ad interiora ad partem materiei: que cauſa eſt ita in continuis ſicut in interpolatis: ⁊ hic per caliditatem intelligatur ſpūs ꝗ eſt illud per qđ caliditas ſeruat̃ in mēbris. Et pōt ītelligi ꝙ hora qua natura de extra venas hꝫ mittere mām̄ aut de venis magnis ad paruas: tunc ad locū: vn̄ opꝫ pellere mām̄ tranſmittit ſpūm. ¶ Et qꝛ cōiter h̄ locus eſt intra reſpcū partium ad quas fit trāſmiſſio: ⁊ reſpectu partiū manifeſtarꝫ extrinſecarꝫ: ideo caliditas dicitur tendere ad interiora. aliꝭ tamen dicunt ꝙ caliditas tenditꝰ ad locuꝫ ad quē tranſmittitur: qꝛ ibi fit nocumētum: ⁊ triſtis ſenſatio. Et ſi intelligatur modo prīo cadit dubitatio: quoniā ex hac cauſa ſepius deberet accidere frigus in principio exacerbationis cōtinuaruꝫ ꝗꝫ interpolatarꝫ: cum tn̄ Auic. dicat ꝙ nō incipiūt cū frigore: niſi propter debilitatem virtutis: aut ꝓfundationem caloris innati: ⁊ ꝙ hoc eſt ſignuꝫ malum: neqꝫ eſt malū ſignū: ꝙ ꝓfundet̃ calor ad mām̄ expellēdā. Hic dici pōt ꝙ pluribꝰ cauſis accidit īterpolatio: qꝛ eſt ꝑꝑ frigus materiei: ⁊ dꝛ ꝙ n̄ ſufficit ſpūs qui eſt ī magnis venis ad expulſionē mãe ab eis: īmo īdiget retractiōe per quā extrema infrigident̃. hoc eſt malū: cū illis plurimus debeat ſpūs ꝯtinuari qui dꝫ ad expulſionē ſufficere non ita quādo de paruis venis pellitur. In modo etiam ſecūdo cadit dubitatio qūo ſi trahat̃ ad locuꝫ leſum in interpolata fiat frigus. Uidetur. n. ꝙ in principio paroxyſmi pellitur materia ad exteriora: ⁊ illa ſūt que ledunt̃: ⁊ ſic ad ea debent trahi ſpūs: ⁊ nō ad interiora. Et ideo nō debent infrigidari extrema. Hic dicit̃ ꝙ in ꝑncipio interpolatarꝫ cōiter materia de venis extra venas trāſmittitur: ⁊ hoc interioribus ⁊ exterioribus. Sed nā intēdit ſuccurrere nobilioribus: ꝗ ſunt interiora: ⁊ ideo ad illa mēbra trāſmittit materiā: ⁊ īfrigidantur extrema. ¶ Quarta cā eſt debilitas virtutis accidens in tempore illo: cū ſit in ꝗbuſdaꝫ tpſ: in quo plus debilitat̃ virtꝰ: vt dicit̃ ſcđo regiminis acutorū: ꝙ eſt hora: in qua corpꝰ eſt in deteriori diſpōne: cū igitur ita debilitat̃ vt parū remaneat de ſpū ille ad interiora trahit̃: lꝫ nō trahat̃ ad partē materiei. Et iſta eſt mala cā: vt patet: ⁊ eſt cōmunis etiā cōtinuis ⁊ īterpolatis. ¶ Quinta cauſa eſt frigus aeris circūdantis. Nam de paupertatis extremis ſpiritu in principio: lꝫ illa diminutio ſpirituū nō ſufficiat ad hoc vt ſentiat̃ frigus purū: tamen qn̄ cū hoc aer eſt frigidus: ſtat ꝙ ita fortiter imprimat ꝙ ſentiat̃. Et ſubdit Auic. ꝙ illud qđ eſt ꝓpter mordicationē caliditatis eſt dignius vt ꝓportionet̃ ad horripilationē ꝗꝫ ad frigus: ⁊ illud qđ ex ea acciderit: eſt ēt ſicut punctio acuū in omni mēbro. ſ. ī quo eſt talis paſſio. Et hoc magis patebit infra in cap. de rigore ⁊ horripilꝰone. ¶ Tertio ⁊ vltīo de eadeꝫ parte dicit: ꝙ cā quare paroxyſmi febriū interpolatarū finiūt cū ſudore eſt: qꝛ caliditas putrefaciens reſoluit humiditatē: ⁊ remanet cinereitas. ⁊ ideo cū illa humiditas nō eſt obſeſſa ⁊ cōſtricta in venis. tūc fit facilis expulſio eius per ſudorem in poris. ⁊ ideo ſupple expellit̃. ¶ Ubi nota ꝙ in rebus copulentis multā habentibꝰ humiditatē ꝑ putrefactionē ſeparant̃ partes humide a terreſtribus. vnde manifeſte videt̃ cadauera ſtillare: ⁊ carnes qn̄ putrent. talē ergo ſeparationē vocat hic Aui. reſoꝉonē: ꝗſi retro ſoꝉonez cū ſoluant̃ illa: ꝗ ꝑ digeſtionem fuerāt cōplexa: ⁊ nō ſumit reſoꝉonē ꝑ conuerſione in vapore: vt pꝫ. ⁊ hoc ita bene fit in cōtinua: ſicut in interpolata. ⁊ cinereitas remanet: qꝛ pars terreſtris precipue vbi fuerit multa ⁊ groſſa: ſꝫ omni modo aliquātum remanet poſt humiditatis ſeparationē: hec ergo humiditas in interpolatis: qꝛ eſt in ambitu totius ꝓpinqua poris nō cōtenta in tunicis venarum: nec multe humiditati alie cōiūcta facile pellitur ꝑ poros in fine paroxyſmi: ⁊ quādoqꝫ ante: vt patet in multis caſibus. ¶ Deinde cuꝫ dicit.

¶ Paroxyſmi aūt inſeparabilis minuuntur ⁊ nō eradicantur ꝑ ſudorē: neqꝫ incipiunt cū frigore: niſi ꝓpter debilitatē virtutis: aut ꝓpter ꝓfundationem caloris īnati. tūc enim infrigidant̃ extremitates: ⁊ illud eſt ſignum malum. Et hoc ēt ſētit Aue. colligꝫ. 4. c. de ſignis feb. putridarum.

¶ Docet hic de cōtinuis ꝓprie de ꝓportionalibꝰ: in quibus ſunt exacerbationes quas vocat paroxyſmos febris inſeparabilis ideſt continue. Et dicit quattuor. primum eſt ꝙ paroxyſmi febris inſeparabilis minuūtur: ⁊ hoc pōt primo intelligi ꝙ in febribus inſeparabilibus minus accidunt paroxyſmi ꝗꝫ in interpolatis: ⁊ hic ſenſus nō multum attinet huic loco. ſcđs ſenſus eſt ꝙ paroxyſmi inſeparabilis nō terminantur ad infebricitationem: ſed ad diminutionem febris ſiue remiſſionem. Tertius intellectus eſt magis ꝓprius huic loco: ⁊ eſt ꝙ paroxyſmi febris inſeparabilis minuuntur in participando iſtis diſpoſitionibus: que ſunt in principio ⁊ in fine paroxyſmorum interpolate: non tamen ex toto carent iſtis accidentibus ſemper: īmo quādoqꝫ incipiunt cum frigore: ⁊ quādoqꝫ cum rigore: ſed rarius: ⁊ quādoqꝫ habent ſudorem circa finem: ita ꝙ nō ex toto ſeparant̃ ab iſtis accidentibus: ſed minuuntur reſpectu interpolatarū: ⁊ iſtum puto veruꝫ intellectū. ¶ Scđo dicit: ꝙ nō eradicantur per ſudorem ſupple tu. ita ſepe ſicut paroxyſmi interpolatarū. Nam ſi abſolute diceretur eſſet falſum: vt notat experientia. ¶ Tertio dicit: ꝙ nō incipiunt cum frigore: niſi aut ꝓpter debilitatem virtutis: aut ꝓpter ꝓfundationeꝫ caloris īnati. nam qꝛ materia plurimum non tranſmittit̃ extra venas. ideo frigus materiei nō facit ſentiri ī mēbris frigus: nec ſiꝉr mordicat mã niſi forte raro cuꝫ in principio exacerbatiōis nā partē humoris pellit̃ extra venas:

UVA. BHSC. IyR_044_2

venas: ⁊ aliā partem nō pōt: ſed remanet ītra ⁊ putrefit ibi. vnde eſt cōtinua: ⁊ tamē habet frigus ꝓpter frigus materiei: aut horripilationē ꝓpter mordicationē ſed hoc eſt raro. Tacuit aūt de frigore aeris: q̄ notum erat ꝙ ex illo pōt accidere: qūo vero ꝓpter virtutis debilitatē vel ꝓfunditatem caloris accidat iā ſupra dixi.

¶ Quarto de eadem parte dicit ꝙ tale frigus in principio paroxyſmorum cōtinue eſt malum ſignum. nam ſi ſignificat debilitatē virtutis ē malum: ⁊ ſi ſignificat ꝓfundationem caloris tm̄ ꝙ ꝓpter illud fiat frigus in extremis etiam eſt ſignum malum ſignificans aut apoſtema in interioribus: aut malignitatem materiei multam: aut leſionem fortem nobilis membri: ꝓpter quem oportet ita profundari calorem. ⁊ omnia iſta ſunt mala. Sed tu diceres: nōne etiam in interpolata hoc eſt ſignum maluꝫ: quando eſt ex iſtis cauſis: que etiā ſunt male in interpolatis: dicitur ꝙ frigus abſolute in īterpolata nō eſt ita malum ſignum ſicut in cōtinua: quia pōt eſſe ſepius ex multis alijs cauſis. Et q̄ in interpolata fit nocumentum in ſenſu: ꝓpter qđ natura parua de cauſa multum retrahit: ſed in continuis q̄ materia remanet in venis: que parū ſentiunt: ideo nō retrahit̄ fortiter calor: niſi ꝓpter multam materie malignitatē. eſt peius q̄ꝫ in interpolata. ¶ Deinde cum dicit.

**¶ Et in quibuſdaꝫ febribus cōponuntur frigus ⁊ horripilatio: quoniam materia que putrefit eſt compoſita ex frigido ⁊ mordicatiuo.**

¶ Hic ponunt̄ tres modi cōtingentes in febribus putridis. Et ſm̄ hoc diuiditur in tres partes. ibi ſcđa. (Et quādoqꝫ cōponuntur.) ibi tertia. (Et quādoqꝫ.) ¶ De prima dicit: ꝙ in quibuſdam febribus componunt̄ in principio paroxyſmorū frigus ⁊ horripilatio. Et cauſa eſt: q̄ materia iſtarum febrium eſt compoſita ex parte frigida ⁊ parte mordicatiua: ⁊ ſupple per partem frigidam fit frigidatio: ⁊ per mordicatiuā horripilatio. ¶ Et no. ꝙ licet frigidum poſſit eſſe mordicatiuū: tn̄ ſm̄ Aui. ītelligit de mordicatiuo calido. nō eſt enim incōueniens humorē q nō eſt reductus ad vnaꝫ formā facere febrē vnā: ⁊ ipſaꝫ eē cōpoſitā ex flegmate ⁊ colera. vtrum etiam ex alia cauſa poſſint cauſari frigus ⁊ horripilatio ſimul in principio ꝑoxyſmoruꝫ: vide per te.

**¶ Et quādoqꝫ cōponuntur q̄dam febres putredinis tali cōpoſitione: qua fiant in forma inſeparabilis. ⁊ illud eſt. verbi gratia. quādo incipit humor putrefieri in loco: ⁊ cum ſuperuenerit ei putredo putrefit tota: ⁊ conſumit̄ ab ea. deinde incipit humor de genere eius: aut nō de genere eius putrefieri. tunc obuiat paroxyſmus ſecundus tēpori eradicationis paroxyſmi primi: deinde continuatur res ita. Et quādoqꝫ cōponūtur feb. putredinis modis alijs compoſitionis: quos diſtinguam in capitulis ſuis.**

¶ Hic ponit ſecundam contingentiā dicens: ꝙ quādoqꝫ cōponuntur quedam febres putredinis tali compoſitione: qua fiant in forma īſeparabilis: licet ſupple quelibet illarum ſit in ſe interpolata. Et hoc accidit quādo incipit humor putrefieri in loco vno: ⁊ cum ſuꝑuenerit de preterito ei putredo: q̄ ſcilicet iam ē paroxyſmus in ſtatu: vel extra: tunc incipit humor alius putrefieri: aut đ genere humoris ꝑmi: aut de genere alio humoris: ita ſupple ꝙ principium ſecunde febris obuiat ſtatim prime: ⁊ ita poſtea prīcipiuꝫ alterius paroxyſmi prime obuiat parti paroxyſmi ſecunde anteq̄ꝫ cōſumatur: ⁊ ita poſtea perſeuerant. tūc enim ambe ſunt interpolate: ⁊ tamen ita affligunt: ſicut faceret vna ꝯtinua ad hunc ſenſum: ꝙ nunq̄ꝫ infirmus ē mundus inter illarum paroxyſmos. ⁊ infra de febribus cōpoſitis dicemus quomodo dicantur febres compoſite ſm̄ medicos.

**¶ Et paroxyſmi quidem febrium prolongātur q̄nqꝫ ⁊ abbreuiantur. ꝓlongatio eorum eſt ergo aut ꝓpter groſſitudinem materiei ⁊ viſcoſitateꝫ eius: ⁊ multitudinem ipſius: aut eius quietē: aut ꝓpter debilitatem virtutis: aut propter debilitatem ſenſus: aut ꝓpter ſpiſſitudinem poroꝝ: quare non reſoluitur humor: ⁊ eorum abbreuiatio eſt propter contraria eorum.**

¶ Hic ponit nonam collectionem ſignorum ex multis ⁊ practicabilis ab his qui non tantum omnia particularia comprehendunt:⁊ dicit ꝙ preter dicta febris putrida aut eſt interpolata plurimum incipiens cum rigore aut horripilatiõe:⁊ ſupple aut frigore: ⁊ dimittit ſm plurimum cum ſudore ⁊ humoroſitate ⁊ reuoluitur cum paroxyſmis:q꞉ habet circuitus plurium paroxyſmorum:aut eſt continua inſeparabilis cum tepore.i.cũ remiſſione aliqua:licet non tamẽ in febricitatione que vtraqꝫ non eſt ſimilis effimere in vrina ⁊ pulſu ⁊ cõplemento mundificationis ⁊ quiete accidentium ⁊ leuitate accidentium:q꞉ in omnibus vel aliquo iſtorũ ita differt effimera a putrida:ꝙ ſi non in prima viſitatione in proceſſu poteris cognoſcere:licet etiam eruditi medici aliquando errãt vt videbitur infra. Sed tamen cum iſtis opꝫ medicum volẽtem hec diſcernere laborare: ⁊ cauſe horum patent ex dictis.

¶ Et plurimum quidem putride ſunt accidentia plurima ex ſiti ⁊ dolore capitis ⁊ nigrediẽ lingue:⁊ proprie apud ſtatũ: ⁊ multiplicatur inqetudo ex anguſtia ⁊ agitatione vehementi:quã facit pugna materiei ⁊ virtutis:quãdoqꝫ enim eleuatur materia:⁊ quãdoqꝫ cõſurgit virtus ⁊ pulſus ſimiliter quandoqꝫ tẽdit ad magnitudinẽ ⁊ fortitudinem:⁊ quãdoqꝫ ad paruitatem ⁊ debilitatem ⁊ coartationem.

¶ Hic ponit decimam collectionem dicens ꝙ cũ plurimo putridarũ ſunt accidentia plurima ex ſiti.i. ex maneriebus ſitis ⁊ dolore capitis ⁊ nigredine lingue : ⁊ proprie apud ſtatum:cuꝫ tunc ſit maior flãma ⁊ maior vaporatio:⁊ multiplicatur inquietudo.ſ. infirmi:qui nõ poteſt in vno ſitu quieſcere:⁊ hoc ex anguſtia ⁊ agitatione vehementi quã facit pugna materiei ⁊ virtutis: q꞉ quãdoqꝫ eleuatur materia.i.magis imprimit:⁊ quãdoqꝫ cõſurgit virtus ⁊ magis apparet impreſſio eius: ⁊ ſimiliter pulſus quandoqꝫ tendit ad magnitudinẽ ⁊ fortitudinẽ:⁊ quãdoqꝫ tendit ad debilitatem ⁊ paruitatẽ:⁊ iſta oĩa ſunt nota intelligenti:⁊ quibus cauſis accidunt hec accidẽtia ⁊ modus pugne materie ⁊ virtutis ⁊ varietatis conatus virtutis ſm varietatem diſpoſitionis materie in ſe ⁊ in loco vbi ↄtinetur ⁊ in modo impreſſionis ⁊ in fortitudine virtutis.

¶ Durities autem fit quandoqꝫ:⁊ non oportet ſemper vt ſit niſi ſit cum feb.apoſtema durum in quocunqꝫ membro ſit: aut apoſtema in membro duro:quãuis non ſit durum:aut iam acciderit potus aque frigide : aut aliquid aliud de illis que indurant pulſum de illis que dicuntur in libro pulſuum.

¶ In iſta parte vult ꝙ durities pulſus nõ eſt de ſignis ꝓprijs febris putride: ſed ex cauſis duritiei que abſqꝫ febre eam facerent:ſicut apoſtema durum in quocũqꝫ mẽbro:⁊ apoſtema in membro duro:⁊ frigus congelans ⁊ potus aque frigide ⁊ ſpaſmus ⁊ multa artarie ſiccitas:⁊ alie cauſe pulſus duri poſite in libro de pulſibus:⁊ eſt ſententia Gal.primo de differentijs febriuꝫ capitulo allegato:⁊ eſt cõtra Archigenem:⁊ ponit ibi ꝙ cauſe coagulantes ſicut forte frigus:⁊ tendentes artarias ſicut ſpaſmus ⁊ exiccantes ſicut fortes euacuationes ſole ſunt cauſe duri pulſus.

¶ Diuerſitas autẽ in principio ⁊ augmento eſt ex ꝓprietatibus feb.putride ⁊ de ſignificationibus eius fortibus:q̃ꝫuis nõ appareat in tertiana ſm plurimuꝫ ꝓpter leuitatem materiei. Et dum nõ ſit pulſus fortis:⁊ nõ ſit velox velocitate predicta:tunc febris adhuc eſt effimera ⁊ nõ permutatur ad putredinem.

¶ Hic ponit.xi.collectionem ſignorum putride dicens ꝙ diuerſitas in principio ⁊ augmento eſt ex ꝓprietatibus putride febris fortibus in ſignificando eas: q̃ꝫuis hec diuerſitas non plurimum appareat in tertiana propter leuitatem materiei:⁊ hoc pro parte eſt poſitum ſupra. Et Gal. poſuit ſimul primo de febribus diuerſitates caloris ⁊ pulſus:⁊ dixit nõ eſſe ſeparabile ſed proprium ſignuꝫ:vt ꝑ parte dixi ſupra:⁊ intelligatur de tertiana ꝙ nõ apparet diuerſitas plurimum ⁊ in ꝑte augmenti qua nõ eſt frigus ⁊ rigor. Et ſolet hoc dubitari:in quo tẽpore magis apparet diuerſitas vel in principio vel in augmento:⁊ maxime in tertiana:ſꝫ de hoc magis in caplo proprio eius.

¶ Et dũ nõ ſit.)hic ĩplicite põit ſignũ ꝑmutatõis effimere ad putridã:⁊ dicit:ꝙ dũ nõ ſit pulſus fortis ⁊ velox velocitate ꝑdicta:tũc adhuc febris ẽ effimera:⁊ ñ ꝑmutatur ad putredinẽ:⁊ ex hoc dat ĩtelligi ꝙ qñ ſit fortis ⁊ velox velocitate ꝑdicta:tũc ꝑmutatur ad putredinẽ.

¶ Ubi nota ꝙ dĩ ſupra ꝙ calor effimere eſt mitis reſpectu caloris putride ꝑcipue tertiane : ⁊ iõ pulſus ſit velocior q̃ꝫ in effimera ⁊ fortius ĩprimẽs in digitis:⁊ hoc eſt dcm̃ virtualr ſupra multotiẽs:ex quo pꝫ cã dicti. ¶ Sed dubitatur:quia non videtur ꝙ fortior ſit in putrida q̃ꝫ in effimera:cũ in effimera virtus ſit fortior q̃ꝫ in putrida.quidam ergo dixerunt iſtam litteraꝫ primam eſſe affirmatiuam:⁊ negatiuam primã nõ ↄbere eſſe:immo dicunt:⁊ dum ſit pulſus fortis ⁊ non ſit velox ⁊c. Alij notant fortitudinem quandam eſſe veram ⁊ hec alijs paribus fortior eſt in effimera : aliam eſſe

fictam

UVA. BHSC. IyR_044_2

fictam que ſequitur nõ adequate virtutis foꝛtitudinez: ſed conatum: ⁊ iſta foꝛtitudine foꝛtioꝛ eſt in putrida: qꝛ virtus magis conatur ad pulſandum.

¶ Et eſt vrina in pꝛincipio indigeſta aut paruz digeſta: ⁊ foꝛtaſſe eſt acuta.

¶ Ponit duodecimam collectionem ſignoꝛuz dicens ꝙ vrina in putridis in pꝛincipio ē nõ digeſta: imo ſupple cruda aut parum digeſta ⁊ foꝛtaſſis eſt acuta. i. coloꝛis citrini ſignificantis acuitatem materiei vel acuti odoꝛis. cauſa aũt quare eſt cruda eſt: qꝛ hũoꝛes in pꝛincipio moꝛbi ⁊ ꝑcipue putride febꝛis ſunt crudi: ⁊ ideo vrina nõ eſt digeſta: nã cum in venis ineſt humoꝛ crudus qui eſt cõmixtus alijs humoꝛibus: ꝓhibꝫ ab alijs ſequeſtrari per digeſtionem partis: vt deberet miſceri in vrina digeſta vel pꝛo ſubſtãtia vel ꝑ hypoſtaſi vꝛine ⁊ maxīe cũ iam incipiunt facere moꝛbum: tunc enim ſunt magis rebelles.

¶ No. tamē ꝙ multotiens accidit deceptio: vel qꝛ nõ ꝓhibetur ab oĩbus partibus virtus ſequeſtrari: ita vt faciat ſubſtantiã ⁊ hypoſtaſim: vel qꝛ humoꝛ nõ peccat in locis vñ hypoſtaſis ſequeſtrãda eſt: vel qꝛ aliqui humoꝛes alij a facientibus febꝛem ſunt digeſti: vel qꝛ natura aliquid dulcis flegmatis ſubtiliauit ⁊ emiſit: ⁊ apparet hypoſtaſis naturalis ſubſtãtie: ⁊ nõ eſt ita. Ego autē maxime vidi erroꝛē ⁊ ꝑſeuerantem qñ pctm̃ ē circa ſpiritualia mēbꝛa vel circa caput partibus epatis ⁊ illoꝛũ locoꝛũ magis mundis: nam tunc multotiens vidi vrinam cum ſignis digeſtionis ⁊ infirmuz ad moꝛtē ire: ⁊ Auc. ⁊ alij auctoꝛes medicine nõ multũ confidũt in pleureſi in bonitate vrine.

¶ Et ſcias ꝙ a febꝛibus acutis interficientibus raro fit euaſio niſi cum cõtractione membꝛi.

¶ In iſta parte capituli ponit Auic. duas regulas pꝛima eſt ꝙ tu ſcias ꝙ a febꝛibus acutis interficientibus raro fit euaſio niſi cum contractione alicuius membꝛi. Et per febꝛes acutas interficientes intelliguntur febꝛes acute ex malis materiebus abſqꝫ ſignis integre digeſtionis: ⁊ in talibus raro fit euaſio: ⁊ ſi fit: fit plurimum per modum criſis. Et qꝛ talis debet eſſe perfecta pꝛopter defectum digeſtionis: ideo vtplurimũ eſt criſis permutationis: ⁊ ideo vtplurimum per apoſtema: quod accidit in aliquo mēbꝛo. modo cõſtat ꝙ tale apoſtema erit de materia multa ⁊ mala: ⁊ ideo membꝛum vtplurimum/ aut deſtruetur: aut ita ledetur ꝙ remanebit contractum. Nota tamen ꝙ quidam volunt per contractionem vniuerſalem intelligere apoſtema: per illud enim tumet pꝛeter naturam membꝛum: ⁊ ꝑs aliqua contrahitur.

¶ Et quãdo alleuiatur febꝛis poſt quietez apoſtematis in pleureſi ⁊ ſimilibus: tunc ſcias ꝙ de materia remanſit aliquid ⁊ ꝙ materia declinat ad locum vbi appareat doloꝛ.

¶ Hic ponit aliam regulam: ⁊ vult ꝙ quando febꝛis eſt cum apoſtemate: ſicut verbi gratia: cuz pleureſi vel alio ⁊ ſimul alleuiatur febꝛis: ⁊ apoſtema quietatur: ſed nõ multum moleſtat: tunc ſi apparet doloꝛ in alia parte coꝛpoꝛis: ſcias ꝙ de materia que faciebat febꝛem ⁊ apoſtema aliquid remanſit: ⁊ illud declinat ⁊ mouetur ad locum vbi apparet doloꝛ: ⁊ hoc ſupple pꝛecipue vbi nõ ſit facta euacuatio: per quam veriſimiliter natura eradicauerit materiam moꝛbi: ⁊ ſi aliqua euacuatio facta ſit: ⁊ ratio eſt: quia ſi appareat doloꝛ in aliqua parte coꝛpoꝛis ⁊ non ex cauſa pꝛimitiua: tunc erit per humoꝛem vel ventoſitatem ad locum currentem: ⁊ in tali eſt veriſimile ꝙ ſit de reſiduo materiei moꝛbi: ⁊ vos videbitis multotiens etiam ſine apoſtemate febꝛē ſubito alleuiari: in qua euacuatio non eſt facta: ⁊ poſt ſequi colicam vehementem vt in multis ergo vidi: aut apoſtema ⁊ malignum: ⁊ vtplurimuz: imo multotiens ꝑnecat: ⁊ colligit ſnĩa in cõmēto aſſo. Nõ ſm rõnē alleuiatis. hec de iſto caplo. Gal. tñ. i. de febꝛibus loco allegato addit ſigna ſpēꝝ: ēt genus: ⁊ eſt clarum.

## ¶ Sequũtur ſigna febꝛis īſeꝑabilis. Cap. 3.

IN continua eſt diuerſitas pulſus que eſt ſm febꝛem apparens valde: ⁊ eſt in plurimo eius non habens oꝛdinem neqꝫ pondus.

¶ Iſtud capituluz intitulaꝛ de ſignis febꝛis inſeparabilis. i. continue. nam cum poſuit ſigna humoꝛalium ⁊ ille diuiduntur inter continuas ⁊ interpolatas: reſtabat ponere ſigna continuaꝝ: ⁊ ſufficit: nã qñ appet putrida: ⁊ non hꝫ ſigna continue: iudicamus eam interpolatam: ⁊ diuiditur in tres partes ſicut tria ſigna ponit: ⁊ patebunt ꝑtes legēdo. ¶ In pꝛĩa dicit: ꝙ ĩ febꝛe humoꝛali ꝯtinua diuerſitas pulſus que eſt ſm febꝛē. i. rõne febꝛis ⁊ ſue cãe nõ merito alioꝝ accñtiũ ĩmutantiũ eſt maioꝛ q̃ꝫ in nõ ꝯtinua: ⁊ hoc dixit: qꝛ ꝓpter rigorem vel foꝛte frigus vel ſincopim vel doloꝛē ſtomachi accñtium in ꝑncipio interpolataꝝ nõ incõueniret diuerſitatē eſſe maioꝛem q̃ꝫ in data ꝯtinua carēte iſtis accidentibus ⁊ eque intenſa: ⁊ cauſa dicti eſt: qꝛ cum his cõditionibus. ſ. ꝙ non ledaꝛ virtus niſi a caloꝛe febꝛili inquãtũ pēdet a ſua cã maioꝛ leſio ⁊ aggrauatio virtutis eſt in cõtinua q̃ꝫ in ĩterpolata. Et ſubdit ꝙ ſꝫ plurimũ nõ hꝫ oꝛdinem neqꝫ põdus: qꝛ diuerſitas nõ eſt oꝛdinata ⁊ pulſus nõ hꝫ ꝓpoꝛtionē ĩter partes que ſit in aliquo ſano alicuius etatis vel ꝯplrõnis nãlis: ⁊ ſũt hec duo ꝑꝑ eandem cãm. ſ. aggrauationē ⁊ pugnã virtutꝭ: ⁊ diuerſum modum ſe habendi virtutis in pugna.

¶ Nota tñ ꝙ aliq ꝑ diuerſitatē q̄ eſt ſm febꝛē ĩtelligũt diuerſitatē ĩter ſiſtolē ⁊ diaſtolē: qꝺ ego puto nõ ēē verũ: qꝛ ꝑꝑ talē diuerſitatē nõ dꝛ pulſus diuerſus a medicis vt oñdi ſupꝛa: ſcđa ꝑmi: ⁊ pꝫ legēti modos diuerſitatis poſitos a Gal. in libꝛo de differētijs pulſus.

¶ Et perſeuerat febꝛis ⁊ non ſeparatur poſt viginti quattuoꝛ hoꝛas.

¶ Nũc ponit Aui. ſcđam manerieē ſignoꝝ q̄ eſt ꝯiecturalis tm̃ dicēs: ꝙ febꝛis ꝯtinua ꝑſeuerat ⁊ non recedit vſqꝫ ad. xxiiij. hoꝛas. ⁊ cã ē: qꝛ ĩ tertiana ĩterpolata durat. xiiij. hoꝛis ad plus ⁊ flegmatica. xviij. ⁊ quartana xxiiij. qñ igiꝛ trãſit hũc terminũ vꝛ de genere cõtinuarum: tñ qꝛ ꝑoxyſmus tertiane nõ pure durat qñqꝫ vltra. xxx. hoꝛas. ideo hoc ſignum non eſt certum.

¶ Et non aſſociatur ei qꝺ diximus de diſpõnibꝰ eradicalibus ex anteceſſiõe rigoꝛis ⁊ alijs.

¶ Ponit tertiã manerieē ſignoꝝ dicēs ꝙ febꝛi ꝯtinue nõ aſſociaꝛ de diſpõnibus eradicalibus. i. febꝛiũ ĩterpolataꝝ quas diximus ſupꝛa. ſ. de anteceſſione rigoꝛis ⁊ frigoꝛis ⁊ ſucceſſione ſudoꝛis ⁊ cã eſt dicta ſupꝛa: vbi ēt eſt dcm̃ ꝙ hoc eſt veꝝ vtplurimum.

¶ Et de illis que ſignãt eaꝫ eſt eius aſſiduitas ⁊ vehemētia diuerſitatis diſpõnis eius apud augmentum: minuitur enim quandoqꝫ ⁊ augetur vice alia.

¶ Ponit quartã ſignificationez dicens ꝙ aſſiduitas ⁊ vehementia diuerſitatis diſpõnis eius apud augmentũ: ita ꝙ diuerſitas diſpõnis febꝛis. ſ. in caloꝛe ⁊ ĩ pulſu eſt aſſidua ⁊ vehemēs in tꝑe augmēti eius: lõgo. n. tꝑe ⁊ ꝑſeueranter in augmento eſt diuerſitas: qꝛ continue multũ grauaꝛ natura ⁊ multum pugnat interpolata verſus ſtatum non ita ſtat diuerſitas. Iſta ꝟo in augmento ⁊ in tempoꝛe eius quandoqꝫ minuitur in caloꝛe ⁊ vice alia augetur.

¶ De rebus in quibuſdam quarum differunt febꝛes putredinis ⁊ communicant in quibuſdã.




UVA. BHSC. IyR_044_2

Capitulum. quartum.

FEbris que eſt propter putredinem colere motus eſt tertianus ſiue ſit motus principij paroxyſmi: aut principij vehementie.

¶ Iſtud capitulum intitulatur de rebus in quibuſdaʒ quarum differunt febres putredinis: ⁊ in quibuſdam quarum conueniunt. Et non male ponitur poſt ſigna generalia dicta vt haberentur etiam in quibuſdã pronoſticis generalia quedam: ⁊ diuiditur in tres partes. In prima ponuntur res in qbus differũt. In ſecunda res in quibus conueniunt partim. In tertia ponuntur quidam canoñ. circa febres. ibi ſecũda. (Et quartana quidem.) ibi tertia. (Et ſcias ꝙ principium.) Prima in quattuor: quia primo ponuntur quedam conditiones febrium colericaꝝ. ſcd̃o ſanguineaꝝ. tertio flegmaticarum. quarto melancolicaꝝ. ſcd̃a ibi. (Et illa que eſt ex putredine ſanguinis.) tertia ibi. (Flegmatica acceſſionem.) quarta ibi. (Quartana auteʒ non.) ¶ Prima in quinqʒ. Primo ponitur modus colericaruʒ febriũ excepto cauſone. Secundo ponitur modus motus cauſonis. Tertio ponũtur ꝯditiones tertiane pure. Quarto tertiane non pure. Quinto ponitur tempus durationis pure: ⁊ continue ⁊ interpolate: ptes patebunt.

¶ Dicit in pña: ꝙ motus febris: que eſt ꝑpter putredineʒ colere eſt motus tertianus ſiue fuerit motus ꝓncipij paroxyſmi in interpolatis ſiue motus principij vehementie. i. principij exacerbationis in cõtinuis: ⁊ cauſa huius ſatis eſt dicta ſupra. Gentilis autem vult ꝙ illa proprietas que habet mouere de tertio in tertiũ non acquiritur colere niſi cum quibuſdam circunſtantijs loci ⁊ aliorum: que circunſtantie bene ſunt in colera faciente tertianam: ſiue cõtinuam: ſiue interpolatã: non autem in faciente cauſonem.

¶ Niſi ſpecies eius que dicitur aduſta: cuius motus eſt occultus valde: ⁊ eſt ſicut inſeparabilis concluſa.

¶ Hic dicit ꝙ motꝰ illius ſpeciei febris que eſt ꝑꝑ putrediñe colere que dicit̃ febris aduſta. i. cauſon non eſt motus tertianus niſi valde occulte: ĩmo eſt inſeparabilis: ſicut concluſa. ſ. que habet motum continuũ abſqʒ exacerbatione: ⁊ ſi aliquis eſt talis motus eſt: quia aliquid parum in tertia die pellitur de colera ad venas a corde diſtantes.

¶ Et tertiana quidẽ pura eſt acuta ꝑpter ſubtilitatem materiei: ⁊ eius caliditas eſt magna mordicatiua propter fortitudinem colere: ſed eſt ſalutifera: propterea ꝙ colera eſt leuis ſuper nãm: ⁊ quoniam ipſa facit quietem.

¶ Hic ponit quaſdam conditiones tertiane pure: prima ꝙ ipſa eſt acuta. i. cite terminationis propter ſubtilitatem materiei: ſecunda eſt ꝙ caliditas eius eſt mordicatiua propter fortitudinem colere: ſcilicʒ in calore. tertia eſt ꝙ ipſa eſt ſalutifera. i. ſaluantur ex ea infirmi niſi aliud impediat: ⁊ hoc propter duas cauſas: vna eſt ꝙ ipſa eſt leuis ſuper naturam. ſecunda eſt ꝙ ipſa facit magnam quietem inter vnum paroxyſmum ⁊ aliũ: quia facit quietem circa. xxxvj. horas cum in duabus diebus paroxyſmus vtplurimũ nõ trãſeat. xij. horas.

¶ Tertiana vͦo nõ pura ẽ lõgiorʒ ſpacij qʒ pura.

¶ Hic dicit ꝙ tertiana non pura eſt longioris ſpacij qʒ pura: ⁊ nota ꝙ nihil dicit ꝺ acuitate caloris nec intelligit ꝙ omnis non pura ſit longior: contingit enim aliquã eſſe nõ purã: ĩmo ſepe videt̃ ꝙ nõ durat ſepteʒ periodis: ſed eſt nõ pura qualibet pura longior: hec tamen magis dicentur infra de tertiana.

¶ Et pura quidem raro pertranſit ſeptem periodos niſi ab errore: continua quandoqʒ conſumitur in hebdomada.

¶ Ponit aliquo modo differentiam pure interpolate ⁊ cõtinue dicens: ꝙ pura raro pertranſit ſeptẽ ꝑiodos niſi fuerit ab errore: ⁊ continua pura quandoqʒ conſumitur in hebdomada.

¶ Circa iſta igitur nota primo: ꝙ duobꝰ modis apud medicos dicimus colerã purã: ⁊ per ꝯſequens tot modis dicet̃ colera nõ pura ſibi oppoſita: vno modo dicitur pura ꝑpter puritatẽ qualitatis ipſius: ita ꝙ illa que eſt magis calida ⁊ ſicca dicat̃ magis pura: ⁊ ita de flegmate ĩ ſuis qualitatibus: ſcd̃o q̃ nõ cõmixta alteri humori vel cineritio: ⁊ ita nõ pura dicit̃ duobꝰ modis ſibi oppoſitis. Marſilius aũt ſup hoc paſſu dicit aliqʒ dici puram per carentiam cõmixtionis ꝑ̃ter naturam: nã colera naturalis quãtũcũqʒ pura in venis exiſtens eſt cõmixta alijs hũoribꝰ: ſʒ nõ cõmixta cõmixtione ꝑ̃ter nãm: ⁊ ſic nõ pura oppoſito mõ dr̃ cõmixta ꝑ̃ter nãm.

¶ Nota ſecundo ꝙ tertiana pura eſt illa que prouenit a colera pura: ſicut nõ pura tertiana dicitur illa que ꝓuenit a colera non pura. Queſtio. I.

TUnc cadit dubitatio de dicto Auic. hic ⁊ aliorum auctorum dicentiũ ꝙ tertiana pura eſt breuis reſpectu nõ pure ⁊ ſalutifera: q̃ colera eſt leuis ſup naturã: nã illa colera eſt grauior ſup naturã qũocũqʒ intelligatur que eſt groſſior ⁊ deterior: ſʒ colera pura eſt groſſior ⁊ deterior nõ pura. igit̃ ſequit̃ ꝙ ipſa eſt ſuper natnrã grauior: minor ĩ qua eſt dubium ꝓbatur ex Gal. ſcd̃o ꝓnoſticorũ. cõmen. 38. illius partis. (Laudabilis eſt vomitus ⁊c̃.) vbi dixit Gal. primo: ꝙ humor purus qui eſt de genere colere ſignificat victoriã caliditatis: ⁊ ĩ fine ꝙ hũor qui eſt gñatus ꝑpter victoriam caliditatis eſt aduſtus: ⁊ finit̃ humiditas eius: ⁊ ꝙ iſta eſt cã ſue ingroſſationis ſimiliter cõmento. 46. illius partis. Viride malum. vbi dixit: q̃ iam locutus fui in eis q̃ premiſſa ſunt in omnibus humoribus puris: q̃ oẽs humores excepto ſanguine q̃ñ ſunt puri ſigñant egritudinem malã: qũo ergo tertiana eſt ſalua: quãdo eſt pura colera: ⁊ quãdo eſt nõ pura eſt longior ⁊ ſuſpectio. ¶ Ad hoc reſpondet Marſilius in q̃õne qnam facit: vtruʒ tertiana pura ſit breuior nõ pura: ꝙ colera faciens tertianam purã ẽ minus mala: ⁊ vtplurimum ſubtilior: ĩmo alijs paribus ſemp tertiana pura breuior: q̃ colera ſubtilior aptior reſolutioni ⁊ minus grauans ſua corpulentia virtutẽ. ¶ Ad auctoritatẽ primã dicit Gal. intelligere de colera genita a puro calore: que eſt aduſta groſſa vergens ad naturã melancolie: ſed tertiana pura eſt de colera pura alio mõ: q̃ priuata mixtione ꝑ̃ternaturali. Hec reſponſio nõ videt̃ vera: nam Gal. in principio cõmenti dicit ꝙ humorẽ intelligimus purũ per priuationem mixtionis cum alio: nõ per generari a puro calore. ¶ Preterea ad hoc vt ſit tertiana pura dicit Gal. ꝙ debet eſſe in corpore valde colerico in eſtate calida aſſueto cibis calidis ⁊ potibus ⁊ exercitio calefaciente: ⁊ accidentibus anime calefacientibus vt dicit̃ ſecundo de criſi. modo cõſtat ꝙ hec faciunt humorẽ per calorem puruʒ modo loquendi medicorũ. ¶ Ad ſcd̃am auctoritatem nõ reſpondet: ſed puto ꝙ diceret ſicut de pña: ſed certe etiã ibi loquit̃ Gal. de puro per priuationeʒ mixtionis. ¶ Gen. aũt in expoſitione huius partis ſuper prima quarti dicit ꝙ colera dicitur pura leuis ſuper naturam ex parte ſubtilitatis ⁊ facilitatis reſolutionis: ſʒ ex parte qualitatis nõ: q̃ materie ſanguinee ⁊ flegmatice dulces meliores ſunt colericis: ⁊ ſic dicendo tollitur ꝯ̃dictio ad ſermonẽ Gal. ſcd̃o ꝓnoſticorum cõmento 46. ¶ Sed etiã ſalua viri iſtius auctoritate Gal. dicit puram coleram eſſe groſſiorem ⁊ deteriorem ſignificare egritudinem: ⁊ ita oẽm humorem purum reſpectu nõ puri

Colera pura duobus modis.

Reſpõſio Marſilij.

Inſtantia ad Marſilium.

Reſpõſio Gen.

Inſtantia ad Genti.

UVA. BHSC. IyR_044_2

nō puri ſanguine excepto. ¶ Preterea febres de colera zinaria ⁊ praſſina ſunt de colera pura: ⁊ tamē ſunt pernitioſe: vt infra dicam: nō igitur hoc modo reſpōdendum. ¶ Dicitur igitur primo: ꝙ tertiana pura eſt ꝓueniens ex putredine colere aliunde naturalis ī ſubſtantia ſua excepta putredine: nā illa que eſt nō naturalis nō ꝓpter permixtionem: ſed in ſua ſubſtantia: ſicut illa que fit ex putredine ſanguīs: ⁊ illa que fit ex colera praſſina vel zinaria ſi fieri poteſt: nō eſt tertiana pura ad mentem auctorum.

Opinio ꝓpria.

¶ No. tertio: ꝙ colera naturalis dum eſt in diſpoſitiōe ſibi naturali in ſubſtantia: ⁊ qualitate nō eſt pura ꝑ priuationem mixtionis aquoſitatis vel alicuius humiditatis que nō eſt de ſubſtantia ſua: imo naturaliter hꝫ talem cōmixtionem: nec ab illa abſoluit̄ niſi per caliditatem nimiā: que talē humiditatē reſoluit dimiſſa colerica pte: ⁊ hoc nō fit remanente illa pte: que eſt colera niſi illa pte alterata ⁊ exiccata ⁊ ingroſſata ⁊ fcā multū deteriori recte: ſicut caro ſi reſoluatur ros ⁊ cambium: quos debet habere in naturali diſpoſitione: fit ſicca: ⁊ groſſa: ⁊ p̄ternaturaliter diſpoſita: ita quilibet alius humor hꝫ aliquā talē mixturā aut aliā: vnde Gal. ſcđo ꝓnoſticorū cōmento allegato dixit ꝙ eſt: qꝛ colera citrina qñ eſt pura ſignat ꝙ eius humiditas: quam nominauimus colerā citrinam aquoſam: cā cuius tu vides eam viridē iam aduſta eſt ⁊ finita. Vides igit̄: ꝙ nō nominat eam purā ſm̄ intentionē illius loci niſi quādo humiditas ē cōſumpta. Dico igit̄ ego ꝙ tertiana dicitur pura q̄ ꝓuenit ex putredine colere naturalis ſubſtantie ſolius: cui tamē neceſſario eſt admixta humiditas aquoſa: dum illa eſt naturalis ſubſtantie: q̄ hūiditas nō eſt de ſua eſſentia: ⁊ qñ ad hoc ducit vt humiditas talis reſoluat̄ abſq꞉ colere illius reſolutione: tunc fit groſſior ⁊ deterior ⁊ nō naturalis in qualitatibꝰ ſuis: eſto ꝙ nō eſſet putrida ⁊ egritudines ab ea ſunt deteriores q̄ꝫ a colera cōmixta alijs paribus niſi cōmixtio fit cum re valde mala. Sed de materia tertiane magis dicemus in capitulo ꝓprio.

¶ Preterea attende ꝙ cauſa quare tertiana pura longiſſima terminat̄ in ſeptē periodis ad plus niſi fuerit error: eſt qꝛ nō ex quacūq꞉ multitudine colere pōt incipere tertiana pura. Natura enim illius hūoris ꝓpter ſuā acuitatē nō patit̄ multā quātitatem quin eam agitet: aut expellat: aut ad putredinē tranſeat: ⁊ iō experientia īnotuit ꝙ niſi cadit error: tertiana pura nō trāſit ſeptem periodos niſi raro: ⁊ pōt tñ multotiens terminari. Tertiana aūt cōtinua cōſumitur in hebdomada ad plus vt ꝓbat experientia: nec ꝑ cām bene poſſumus hoc ꝓbare: vt dixi ſecūda particula affo.

¶ Et illa q̄ ē ex putredine ſanguinis eſt ꝯtinua inſepabilis: ⁊ eius calor ē plurimꝰ cōmunis cū lenitate nō cū mordicatione colere: ⁊ qñq꞉ ꝓuenit̄ ad ſtatum in quattuor diebus.

¶ Ponit hic diſpoſitiones febris ſanguinee: ſiue cū putredine: ſiue ſine putredine dicens: ꝙ febris que eſt ex putredine ſanguinis eſt cōtinua inſeparabilis. i. nō interpolata: īmo ſupple nec habens manifeſtas exacerbationes: ⁊ eius calor eſt plurimus: qꝛ ad tactū videt̄ multe intenſionis ⁊ in multo vapore fundatus ⁊ ē cōtinuus lenis: nō aūt mordicatiuus ſicut calor colerice in cauſonide vel tertiana pura in ſtatu: ⁊ qñq꞉ venit ad ſtatū in quattuor diebus. Cā aūt quare eſt plurimū cōtinua: eſt qꝛ ſanguis nō faciēs apoſtema eſt in venis aut cōcauo cordis: ⁊ natura nō pellit ipſum in ambitū totius ſicut alios humores: īmo cum recipit illū modū putredinis: cum quo fiunt febres remanet in venis ⁊ qñ q꞉ eſt putredo in venis: ⁊ p̄cipue cū in hora trāſitus in putredinē nō mittitur de vno loco ad alterum tunc eſt cōtinua cōcluſa ſine exacerbatiōibꝰ vt dictū eſt ſupra. Gētilis tñ ⁊ ſequaces dicūt ꝙ hoc eſt de ſanguinis ꝓprietate vt motus eius ſit ꝯtinuus: ſed hoc dictū eſt ſupra: ⁊ in capitulo đ febre ſanguinis videbimus. Et nota ꝙ calor eſt multꝰ: quia ſanguis eſt multe quātitatis ⁊ calidus ⁊ humidus aptus multum vaporationi: ⁊ propter hanc cauſam eſt mitis ſiue lenis: nō mordicatiuus ſicut calor colerice: peruenit autem ad ſtatū ⁊ criſim in quattuor diebꝰ: quia quarta eſt primus terminus fortis: ⁊ ſanguis eſt valde obediens digeſtioni ⁊ propter multitudinem eius ſtimulat naturam ad digerendum ⁊ expellendum: criſis autem in die tertia eſt quandoq꞉: ſed raro: vt tertio de criſi. ⁊ ſen ſecunda huius.

¶ Flegmatica acceſſionē faciēs omni die eſt leuis caliditatis per compationem ad colericam. Longa ꝓpter viſcoſitatem materiei ⁊ frigus eiꝰ ⁊ multitudinem eius. Et eſt magni timoris: quoniam habet paruum ſpaciū interpolationis ⁊ qetis: ⁊ quoniā ipſa aſſociat̄ corruptioni ⁊ debilitati in ore ſtomachi que non excuſat̄: ⁊ illud eſt đ illis que attrahūt accidētia mala ex ſincopi ⁊ pulſu cordis ⁊ caſu appetitus. Et que de ea eſt inſeparabilis: eſt res magis ſimilis ethice ſi non eſſet lenitas pulſus: q̄ꝫuis quandoq꞉ fiat durus etiā. Et quātum eſt minus pura eſt minoris ⁊ breuioris paroxyſmi niſi declinet cum paruitate ſiue puritatis ad melancoliam.

¶ Hic ponit ꝯditiones flegmatice: ⁊ ſunt quinq꞉. Prima eſt ꝙ eſt leuis caliditatis per comparationē ad colericā. Et dicitur caliditas leuis: qꝛ remiſſa: ⁊ nō multum acute imp̄ſſiua. Remiſſa eſt: qꝛ in ſubſtātia flegmatis eſt pax de igneo: ⁊ iō per putrefactionē nō multū inflāmat̄ ſicut colera: nec eſt ita de colera reſpectu ſpirituū: ⁊ leuis reſpectu colerice caliditatis: qꝛ illa de colera eſt in ſubtiliori ⁊ leuiori ſubſtantia ⁊ magis acute impreſſiua ⁊ mordaciter. ¶ Secunda conditio flegmatice eſt ꝙ eſt longa per compoſitionem ad colericā ꝓpter tres cauſas: quarum vna eſt viſcoſitas materiei: ſecunda frigus eius: tertia cauſa eſt multitudo eiꝰ: nā propter iſtas tres cauſas humor eſt rebellis virtuti ⁊ difficilis digeſtionis ⁊ expulſionis. ¶ Tertia conditio eſt: ꝙ iſta flegmatica interpolata eſt magni timoris propter duas cauſas: vna eſt quoniā tempus quietis inter vnum paroxyſmum ⁊ alium eſt breue: nam nō eſt niſi ſex horarum: quia inuadit omni die ⁊ durat. xviij. horis: ſecunda cauſa eſt quia aſſociatur debilitati ī ore ſtomachi a qua debilitate non excuſatur: qꝛ ſemper aſſociatur ei: ⁊ hec debilitas facit multa accidentia mala multotiens: licet nō ſemper ſicut ſincopim ⁊ tremorem cordis ⁊ caſum appetitus que accidentia ſunt periculoſa: ⁊ cauſa aſſociationis debilitatis in ore ſtomachi eſt: qꝛ ſtomachus eſt lacuna flegmatis: quia plurimum quod in eo cōgregatur eſt flegma vt dicit Meſue in capl'o de ſoda: ⁊ Aui. xiij. tertij capl'o de egritudinibus ſtomachi: ⁊ maxime aggregatur ibi flegma p̄ternāle: qđ cum mouetur ꝓpter febrem ⁊ ex alijs membris ſibi cōmunicatur ⁊ poſt putrefit ledit ipſum vehemēter ⁊ perſeueranter magis q̄ꝫ colera vtplurimum. Et poſtea tu vide qūo ex hac leſiōe accidat tremor cordis ⁊ ſincopis. xj. tertij. ¶ Quarta conditio eſt ꝙ flegmatica inſeparabilis. i. continua eſt res magis ſimilis ethice niſi eſſet lenitas pulſus: ꝓpter quam differt ab ethica: q̄ꝫuis ēt quādoq꞉ fiat durus ī flegmatica ꝓpter cauſas indurationis dictas in precedenti capitulo. ¶ Quinta cōditio flegmatice eſt: ꝙ q̄ꝫto eſt minus pura: tanto eſt minoris ⁊ breuioris paroxyſmi: ⁊ ponitur ſcđa ⁊ pro ideſt expoſitiue non copulatiue: naꝫ inten/



UVA. BHSC. IyR_044_2

ſioꝛ eſt cum h̾z mixtã coleram:⁊ ſubdit hoc eſſe veruz
niſi iſta flegmatica cuz paruitate ſue puritatis declinet
ad melancoliã.i.nõ fit mixtura melancolici humoꝛis:
qꝛ mixtura alioꝛum humoꝝ ſubtiliat flegma ⁊ calefac:
ſed melancolia ingroſſat ⁊ reddit inobedientẽ digeſtio
ni ⁊ reſolutioni. ¶ De his quinqꝫ cõditionibꝰ tres pꝛi
me ſunt ſatis clare. Sed de quarta videbit̃ dubiuz: qꝛ
flegmatica continua pura que vocat̃ latica h̾z rigoꝛes
in pꝛincipio exacerbationis:qȯ non eſt ĩ ethica:⁊ hoc
eſt valde notabile ſignuz dr̃ie abſqꝫ pulſus duritie: vñ
Aui.infra in capl̃o de ſignis eius:⁊ apud inceptionez
fiunt rigoꝛ ⁊ frigus ⁊ hoꝛripilatio.

¶ Pꝛo iſto notãdũ:ꝙ lꝫ Aui.dicat infra:ꝙ in p̃ncipio
latice accidũt rigoꝛ ⁊ frigus ⁊ hoꝛripilatio:nõ tñ debe
mus intelligere ꝙ in oĩ tali pꝛeſertim in p̃ncipio par/
ticulari:qꝛ tunc res eẽt valde manifeſte dr̃ie. Nec etiaz
putandũ ꝙ hoc ſit in oĩ p̃ncipio flegmatice ꝯtinue de
flegmate multo groſſo:⁊ frigido:multotiẽs.n.ĩ hac cõ
ditiõe natura paulatim valde:⁊ valde tarde mouet ma
teriã:ita vt nec eius infrigidatio nec rigoꝛ appareat:⁊
ego teſtoꝛ pluries vidiſſe laticã que durauit pluribus
mẽſibus:in qua cuz ſumma difficultate potuimus aliȷ̃
medici qui ſingulares erant,⁊ ego cognoſcere qua ho
ra eſſet pꝛincipium exacerbationis ⁊ putauimus eẽ ſi/
ne exacerbationibus ꝯcluſam vt angelo iudeo ꝺ ſenis
qui anno integro paſſus fuerat ⁊ cõſumptus:⁊ anteq̃
diſcerneremus:vtrum eẽt ethica laboꝛauimus cuz ci/
batione in diuerſis hoꝛis:⁊ tandem cognito ꝙ nõ erat
ethica cuz foꝛtibus calefaciẽtibus ⁊ cũ purgatiõe groſ
ſi flegmatis ipſum curauimus ⁊ ſanauimus. Idez fuit
florentie in dominico vnglone veris guadagni:⁊ aliȷ̃s
pluribus quos vidi. Accidit ergo multotiẽs ꝙ eſt res
magis ſil̃is ethice:⁊ aliqñ ꝙ h̾z rigoꝛes:qũo aũt ⁊ in q̃
tp̃e habeat qñ h̾z, dicam loco pꝛopꝛio. Reliqua ꝺ hac
parte ſunt nota.

Queſtio.2.

**Quinta** cõditio eſt magis ambigua:an quan
to eſt minus pura abſqꝫ melãcolia ſit
bꝛeuioꝛis ⁊ minoꝛis poxyſmi. Et Gẽtilis diſputauit il
lam longiſſimã qõnem plenaz pulchꝛis difficultatibꝰ:
vtrũ febꝛis de ſolo flegmate ſit longioꝛ q̃ȝ febꝛis de fle
gmate permixto cum colera. Et ego hunc titulum tra
ctaui in queſtione illa:vtrum in febꝛe flegmatica com/
petunt carnes. Sed quia res eſt huic loco pꝛopꝛia mo
do latius dicam.

¶ Ad partẽ igit̃ affirmatiuã arguit̃ pꝛimo auctoꝛitati
bus:quaꝝ vna eſt pꝛima affo.cõmẽto.12.poxyſmos ⁊
cõſiſtentias:vbi dicit Gal.emitriteũ q eſt de mã cõpo
ſita eẽ mediũ in ꝓlixitate inter cauſonẽ ⁊ anfimerinaz
que eſt flegmatica. ¶ Scõa eſt Gal.2.de dr̃ȷ̃s febꝛiuz
vbi dixit ꝙ ſtatꝰ emitritei eſt maturioꝛ.i.citioꝛ q̃ȝ ſtatꝰ
flegmatice. ¶ Tertia auctoꝛitas eſt Aui.hic ⁊ infra in
capl̃o de ſignis emitritei:vbi dicit ꝙ ſtatus huius egri
tudinis in hoꝛis vniuerſalibus ⁊ particularibus ẽ an/
te ſtatũ flegmatice. ¶ Quarta auctoꝛitas eſt infra ĩ ca/
pitulo de febꝛibꝰ cõpoſitis:vbi dixit ꝙ quãdo cũ emi/
triteo ꝯiungit̃ tertiana conſumitur tertiana ⁊ remanet
emitriteus:ſed quãdo coniungitur cum flegmatica vl̃
melancolica eradicat̃ emitriteus ⁊ depuratur flegma/
tica vel melancolica. ¶ Quinta auctoꝛitas eſt Gal.in
terapentica ad glauconẽ vbi nominãdo cronicas non
nominat aliquã cõpoſitam:ſed bñ flegmaticã. ¶ Se/
xta auctoꝛitas eſt Raſis.10.almanſoꝛis in capitulo de
flegmatica vbi dicit ꝙ fit longa ⁊ manſiua:que quan/
doqꝫ multis moꝛatur mẽſibus. ¶ Septima eſt Raſis.
19.continentis capitulo.7.vbi dixit qñ in quotidiana
eſt colerica:erit acutus paroxyſmus ⁊ bꝛeuis. ¶ Rõ/
ne arguit̃ ſic:multitudo ⁊ groſſities:⁊ frigiditas ⁊ vi/
ſcoſitas ſunt cauſe longitudinis moꝛbi ex parte hũoꝝ:
ꝯrie diſpõnes ſunt cãe bꝛeuitatis: ſed flegma purum
aliȷ̃s paribus eſt groſſius:frigidius:viſcoſius q̃ȝ mixtũ
colere.ergo facit moꝛbũ lõgioꝛẽ:nã in quãtitate p̃t po
ni paritas inter hũoꝛẽ mixtũ ⁊ ſimplicẽ:⁊ ꝯpõnes intel
liguntur cũ alioꝝ paritate. ¶ Scõo ſic:moꝛbus acutꝰ ⁊
pꝛauoꝝ accñtiũ eſt bꝛeuioꝛ:emitriteꝰ reſpectu flegmati
ce eſt hmõi: vt pꝫ ex Gal.in libꝛo de typo circa finem.

¶ Ad p̃tẽ oppoſitaz arguit̃ auctoꝛitatibꝰ multis.quarũ
pꝛima eſt Gal.quinta p̃ticula affo.q̃buſcunqꝫ tumoꝛes
podagrici. Ibi dicit Gal.ꝙ moꝛbꝰ habẽs ſubtilẽ mãm
eſt bꝛeuis:hñs vnã ⁊ groſſaz lõgioꝛ:hñs aũt mixtaz ex
ambobꝰ ẽ tardioꝛ ⁊ lõgioꝛ. ¶ Et ſcõa auctoꝛitas ad idẽ
in q̃rta p̃ticula affo.in cõmẽto affo. Et vbi ĩ toto coꝛpe
mutatiões:vbi dixit: ꝙ moꝛbus hñs multã ⁊ diuerſaz
mãz longioꝛ eſt habẽte vnã. ¶ Tertia eſt p̃mo de criſi
cũ dr̃ ꝙ egritudo ſingularis eſt facilioꝛis digeſtionis.
¶ Quarta auct̃as ẽ Aui.ca.de emitriteo:vbi dic̃ ꝙ qñ
qꝫ extẽdit̃ circa ſeptẽ mẽſes:ꝺ flegmatica v̂o dic̃ ꝙ re/
ſoluit̃ circa.lxiȷ̃.diẽ:⁊ ĩ ca.de tertiana nõ pura dicit ꝙ
durat circiter medietatẽ ãni qñqꝫ: ⁊ Gal.p̂ ꝓnoſticoꝝ
ꝯmẽ.cclvj.vbi dixit ꝙ mã mixta pluri tp̃e ĩdiget ad h̾
vt digerat̃:qꝛ qñ ſũt iuncti inimici ĩdiget vt acq̃rat tp̃s
lõgũ:ad h̾ vt expugnet eos. ¶ Itẽ illa ẽ lõgioꝛ q̃ lõgio
res h̾z poxyſmos: ſꝫ feb.ꝺ mã mixta lõgioꝛes h̾z poxyſ
mos.g̃ ẽ lõgioꝛ:⁊ minoꝛ pꝫ p̃ma quarti ca.de tertiana
nõ pura:vbi dic̃ ꝙ poxyſmꝰ eius qñqꝫ durat.40.hoꝛ.
Et idẽ dic̃ Gal.in.2.de criſi:ſꝫ de flegmatica dic̃ ꝙ po
xyſmꝰ ẽ.18.hoꝛaꝝ. ¶ Preterea illa feb.eſt lõgioꝛ:a q̃
magis v̂tus debilitat̃ loquendo de ſalubꝛi:qꝛ v̂tus de/
bilis facit moꝛbũ ꝓlõgari:ſꝫ magis debilitat̃ v̂tus a fe/
bꝛe ꝺ mã mixta:qꝛ caloꝛ eſt foꝛtioꝛ ⁊ magis penetrãs
ratione materie calide.ergo ⁊c̃. ¶ In declaratiõe qõ
nis pꝛimo ponã p̃ambula ꝯmunia: ſcõo opiniões alio
rum. tertio q̃d mihi videt̃ dicenduz.

¶ Quãtũ ad p̃mũ notandũ:ꝙ ꝑ febꝛẽ putridã de fleg — Pꝛia ſup/poſitio.
mate ſolo ĩtelligimꝰ febꝛẽ putridã: cuiꝰ cã nõ ẽ putredo
alteriꝰ hũoꝛis q̃ȝ flegmatis:ꝑ febꝛẽ aũt de flegmate mi
xto cũ colera intelligimus febꝛẽ:cuius cauſa eſt putre/
do humoꝛis aggregati ex colera ⁊ flegmate ſiue iſta
aggregatio ſit ad foꝛmã vnam:ſiue aggregatio pluri/
me cõmixtionis per iuxtapoſitionẽ partiũ paruarũ: ſi/
ue per iuxtapoſitionẽ ſine cõmixtione.

¶ Scõo nota ꝙ tribus modis poſſumus imaginari ĩ — Scõa ſup/poſitio.
vno coꝛpoꝛe hominis colerã cõmiſceri flegmati ad fa/
ciendam febꝛẽ:vno modo ita ꝙ ĩ cõmixtione fiat vnio
⁊ foꝛme acq̃ſitio tertie:ſicut cõmuniter putat̃ de cole/
ra vitellina iuxta modũ Auic. ⁊ de colera citrina ⁊ de
flegmate ſalſo:ꝙ vtrũ ſit vel nõ:ꝑ nunc nõ curo:nec ꝓ
poſito pertinet multũ. Scõo mõ cõtingit ꝙ miſceantur
ita vt ſint inuiſcati modo quo virtus nõ ſufficit vnum
ab alio ſeparare:nec vnũ ſine reliquo pellere:eſto ꝙ nõ
fiat foꝛma vna. Tertio modo ꝙ ſimul ſint in coꝛpoꝛe ⁊
faciant febꝛẽ vel febꝛes:ſiue ſint due ſiue vna compoſi
ta vt in emitriteo:⁊ qñ iſti humoꝛes ſũt redacti ad vnã
foꝛmã ſi cõpoſitum ſ̃m ſuã materiã eſt calidũ:⁊ ſiccuz:
humoꝛ ille vocat̃ colera:⁊ febꝛis ex illius putredine co
lerica:qñ aũt ſ̃m ſuam naturã debet eſſe frigidus ⁊ hu
midus:dicitur flegma:⁊ febꝛis ex illius putredine fleg
matica:vtroqꝫ tamẽ modo dicimus tales febꝛes ꝺ fleg
mate mixto cũ colera:ſed quãdo iſti duo humoꝛes ita
inuiſcant̃ ꝙ natura mẽbꝛi ⁊ virtus nõ ſufficit ſequeſtra
re:nec vnũ mouere ſine reliquo:hoc cõtingit vel equa
libus poꝛtionibus in quantitate:vel vincente colera ĩ
quantitate:vel ecõtra vincente flegmate. ¶ Sed tunc
inſurgit dubiũ de tali febꝛe pendẽte a tali humoꝛe pu
trido ſi ſit vna:⁊ vtrum denominari debeat flegmatica
vel colerica:⁊ tertio quẽ motuz ſeruat in periodicãdo.

¶ Pꝛo pꝛimo ſi ſint ambe partes ſub actu putredinis:
dico ſ̃m medicos febꝛem dici vnam ⁊ nõ dici cõpoſi/
tam:ſed ſimplicem:pendentem tamẽ a compoſita ma/
teria febꝛis enim quãdoqꝫ dicitur ſimplex: quia pen/
dens a ſimplici materia:⁊ quãdoqꝫ nõ cõpoſita ex di/
uerſis

UVA. BHSC. IyR_044_2

uerſis febribꝰ ſꝫ numeꝝ ſm̄ modū loquēdi medicoꝝ:⁊
hoc ſcdo modo loquoꝛ hic. ❡Sed pro ſcdo dubio cō
ſiderandum:ꝙ aut ambo humoꝛes ſunt equaliter pro
ni putredini:⁊ vnus nō ē magis cauſa alterius:ꝙ mo/
ueatur ad putredinem q̄ꝫ econtra. Aut vnus eſt per ſe
paratus putredini ⁊ alteri accidit putredo ꝓpter putre
dinem pꝛimi: qꝛ ab ipſo ita cōtangit̄ ⁊ cum ipſo ita i/
miſcetur:ꝙ natura nō poteſt ipſum a putredine ꝓhi/
bere alio putrente. verbi gratia. colera de ſe nō eſt pa/
rata ꝓ nūc putrere:ſed qꝛ flegma ſecū inuiſcatum pu/
trefit:⁊ eſt ita iunctum cum illa colera:vt ponitur:ideo
natura nō pōt ꝓhibere quin putrefiat: qꝛ qd̄ tangitur
a putrido putrefit. Et tunc dico febꝛem denominari
ab humoꝛe qui pꝛincipaliter putrefit pꝛincipali deno/
minatione: ita ꝙ ſi colera eſt ille qui pꝛincipaliter pu/
trefit dicat̄ colerica:ſi flegma dicat̄ flegmatica:⁊qꝛ poſ
ſibile eſt nō obſtante ꝙ colera ſit minoꝛis quātitatis q̄ꝫ
flegma ſecū cōmixtū:ꝙ ipſa tamen ſit ille humoꝛ q pꝛi
cipaliter putrefit in hoc aggregato:⁊ ſtat etiā econtra
ideo nō incōuenit aliquā eſſe febꝛem colericam vincē
te flegmate in multitudine/⁊ aliquā flegmaticā vincen
te colera in multitudine:nec etiā incōuenit iſtis humo
ribus nō redactis ad foꝛmā vnam ex eoꝛū putredine
fieri febꝛē vnā nō compoſitam ſm̄ modum loquendi
medicoꝛū. ❡Pꝛo tertia dubitatione:qua querit̄ quēꝫ
motū ſeruat periodicū. Illi qui dicunt ꝙ ꝓpꝛietas eſt
cauſa certe periodicationis ad moduꝫ Gen. haberent
dicere:ꝙ ſeruantur humoꝛes pꝛincipaliter putrefien/
tes:qꝛ ad illius motū alter mouetur: ita ꝙ ſi colera ſit
pꝛincipaliter putrida eſt motus tertianus:ſi flegma eſt
motus quotidianus. Ego aūt idem dico ꝓ pꝛia pte. ſ.
ꝙ hec febꝛis periodicabit ſm̄ motū periodicū hūoꝛis
pꝛincipaliter putrentis:ſed nō puto ꝙ neceſſario ſi pꝛi/
cipaliter putret colera ꝙ habeat motuꝫ de tertio ī ter
tiū:ſtat enim ꝙ ꝓpter flegmatis multā mixtionem pel
litur omni die ⁊ faciet quotidianā: ⁊ aliquādo pꝛinci/
pali putredine exiſtente in flegmate:tamē ꝓpter cole/
raꝫ mixtā tardius ſeparabit̄ a ſanguine in venis: quia
erit magis in ſanguine ꝓfundata:⁊ ita quādoqꝫ moue
bitur de tertio in tertiū: ⁊ ſic nō habeo ꝓ incōuenien/
ti:ꝙ quedam ſunt febꝛes denominande colerice vne
ad modū medicoꝛū: que periodicant oī die:īmo puto
multos videre quotidie ⁊ ecōtra:medici tamen inua/
dentem omni die ſi paritas ſit paroxyſmoꝛū ⁊ nō ſunt
multū dominantia ſigna colere dicūt quotidianā hodi
ernis tempoꝛibꝰ ecōtra tertianā. Sed colericā vel fleg
maticā puto denominandas:vt dixi:⁊ ꝙ aliqua ſit fleg
matica ī qua plus de colera peccat:videt̄ ſentire Aui.
infra in cap. de flegmatica:cū dixit:⁊ nō fiat aſſiduatio
ſuper ipſam cū ſolutiuis in pꝛincipio ⁊ poſt ipſuꝫ:⁊ ꝓ/
pꝛie qn̄ materia ē colerica:⁊ paulopoſt dixit: ⁊ cū ma/
teria eſt ad coleram decliuis permiſceat̄ cū ea ſirupus
violatus:⁊ dicit:⁊ iterū herbe eupatoꝛij fumiterre be
degal abſinthij:an̄. ʒ. v. paſſularū. ʒ. x. mirabolanoꝛum
citrinoꝛū. ʒ. v. Et hec quidē cura eſt ei. in qua vincitꝰ co
lera magis cōuenſens. hec Auic. Similiter ergo ima/
ginandū ꝺ colerica:in qua in quātitate vincit flegma.
Et puto ꝙ ꝓpter hāc cām Auic. in cap. de cura tertia/
ne ꝓpoſuit aliqua ſolutiua:que multo magis ſunt eua
cuatiua flegmatis q̄ꝫ colere:⁊ ſi ponatur apoſtema ex/
trinſecū mixtum ex colera ⁊ flegmate facere effimerā:
dico ꝙ iſta nō dicit̄ a doctoꝛibꝰ febꝛis de flgmate mix/
to ⁊c̄. qꝛ nō eſt putrida. ❡Sed ſi arguit̄ ꝙ ex dictis ſe
quitur aliquam eſſe febꝛem flegmaticam: in qua ſoluꝫ
fumus colericus eſt cā cōiuncta. nam poſſibile eſt ī ta/
li febꝛe cum qua putrefiunt flegma pꝛincipaliter: ⁊ co/
lera ſecūdario : ꝙ fumus colere tanq̄ꝫ ſubtilioꝛ ſolus
petat coꝛ: ⁊ calefaciat coꝛ pꝛeter naturam. ❡Dicitur
ꝙ hoc admiſſo pꝛo poſſibili:tamen non ſolum fumus
colere eſſet cauſa coniuncta:īmo ⁊ fumus colere ⁊ fu/
mus flegmatis ⁊ colera ⁊ flegma putrētes actu oīa iſta
ſimul ⁊ caliditas putredinalis etiam iuxta modos lo/
quendi medicoꝝ ſunt cāe coniuncte. naꝫ cā ꝯiuncta eſt
illa inter quā ⁊ febꝛē nō cadit cā pꝛincipalis media in
cauſando:⁊ ita eſt de iſtis:flegma enim ⁊ colera ſimul
cum fumis conſtituūt vnam cām totalē pꝛincipaleꝫ:q̄
facit febꝛem in iſto caſu : ⁊ tota putredinalis caliditas
eoꝛum eſt ipſoꝝ cauſa inſtrumētalis:⁊ non agit colera
per fumū tanq̄ꝫ per cām mediā:vt ſepe dictum eſt ſu/
pꝛa. Inter iſtos ergo humoꝛes ⁊ febꝛē non cadit cau/
ſa agēs tanq̄ꝫ pꝛīcipalis particularis:que ſit media in
cauſando:ſicut quando duo homines trahunt nauim
ſimul:vterqꝫ eſt cā immediata motus nō mediāte alio
homine. Et ſimiliter quando due partes vnius ignis:
quarum vna eſt remota a paſſo:⁊ alia pꝛopinqua:vna
non agit mediāte alia:ſed ambe ſimul īmediate ī cau/
ſando caloꝛem pꝛincipalr̄ particulariter. ❡Sed etiaꝫ
poſſet queri ponamus:ꝙ equaliter ſint diſpoſiti illi hu
moꝛes inuiſcati:⁊ vnuſquiſqꝫ pꝛo ſe ſit paratus putre/
dini:ſicut alius: tunc quomodo periodicabunt. ❡Re
ſpondet̄ hic:ꝙ qꝛ humoꝛ participat nā flegmatis ⁊ co
lere equaliter:vt ponitur:ambo hūoꝛes cōtinue ſunt
eque parati putredini:qꝛ merito quantitatis ⁊ groſſi/
tiei ⁊ modi mixtionis cum bona facilitate motus a vir
tute vnius non eſt magis cauſa motus q̄ꝫ reliquus:oꝫ
conſiderare:vtrum ambo ſint groſſi ⁊ tardi motus ad
putredinem:⁊ pauce quātitatis:aut econtra. Et poteſt
eſſe ex pꝛimo:ꝙ mouebuntur de tertio in tertiuꝫ ⁊ tar
de:⁊ ex ſecundo ꝙ mouebūtur omni die:⁊ eſt poſſibi/
le ꝙ citius:aut tardius ēt ſm̄ q̄ꝫtitatem eoꝛū ⁊ modos
mixtionis. Nam vnus pꝛopter hanc cōmixtionem nō
mouebitur ante alium ⁊ pꝛopꝛietates ſunt pares in re
cipienda putredine: vt ponitur in caſu. Et ꝓpter has
varietates contingunt multi modi tertianarum coleri
carum non purarum:in quibus omni die fit exacerba
tio. Et quandoqꝫ ſunt due diuerſe minere putredinis.
❡Tertio ſupponitur ꝙ qualitercunqꝫ iſti humoꝛes
ſint cōmixti:ſiue faciendo vnum tertium per foꝛmam — Tertia ſup poſitiol.
ſuperadditam:ſiue non faciendo:ſiue ſolum habeant
vicinitatem non cōmixtionem:quādo faciūt febꝛē de/
ducto alio impedimento ipſi ſe alterant . nam ſi vnus
facit febꝛem ⁊ non eſt impedimentum:ipe calefacit to
tum:⁊ per conſequēs aliquo modo eſt cauſa alteratio/
nis alteriꝰ. Utrū autē flegma alteret in oī vicinitate co
leram cum facit febꝛem flegma alteratione : per quam
colera fiat frigidioꝛ ⁊ viſcoſioꝛ ⁊ groſſioꝛ ē mihi dubiū:
nam dum flegma actu putridum per ſuam caliditatem
calefacit coꝛ ⁊ ſpiritum eius putandum eſt:ꝙ pꝛo tunc
ſit actu calidius colera non putrente:⁊ ſi alterat eam :
ꝙ calefaciat eam:non infrigidet:ſed dum eque inten/
ſe ꝓputret colera vt flegma : tunc colera eſt illo flegma/
te calidioꝛ:⁊ ſi teneatur:ꝙ remiſſe calidum ſemper re/
mittat intenſe calidum cum ſibi applicatur:illud eſſet
concedendū. Sed an̄s non puto ego veꝝ. ſr̄a igit̄ a co
lera calefit:qn̄ colr̄a facit febꝛē:ſꝫ nō video ꝙ a ſr̄ate fa
ciēte febꝛē actu colr̄a īfrigidet̄ ꝺ neceſſitate:aut īgroſſe
❡Quarto memoꝛāde ſunt cāe lōgitudīs moꝛbi (tur.
⁊ longitudīs poxyſmoꝝ:q̄ ſunt ſupꝛa tacte:ex pte ꝟtu — Quarta ſuppoſitio Cauſe lō/ gitudinis moꝛbi.
tis in ſalubꝛi debilitas. ex pte ꝯplr̄onis friditas. Et pte
cōpoſitiōis dēſitas coꝛpis:ex pte hūoꝛis groſſities vi/
ſcoſitas multitudo friditas ſunt cāe ꝓlōgatiōis ⁊ po/
xyſmoꝝ:ſilr̄ niſi foꝛte aliqn̄ per accidēs pp nimie māe
multitudinē vehemēter ſtimulātē contingat nām ma/
gis conari:⁊ qn̄qꝫ velociter ⁊ frequēter termīare moꝛ
bum:vbi ſimili materia exn̄te pauca non creticabit ve
lociter:ſed paulatine diſſoluet ⁊ tardius.
❡Quinto notandum:ꝙ in hac comparatione reliqua
debent eſſe paria exceptis illis in quibus fit compara/ — Quīta ſup ſuppoſitio
tio ⁊ neceſſario conſequentibꝰ:⁊ intelligo paria ad mo
dum multotiens dictum Auic. quia ꝓpoꝛtionalia: ꝟbi



UVA. BHSC. IyR_044_2

gr̄a. poſſibile eſt ꝙ aliq̄ colera ſit aliquo flegmate groſſior: vel ſaltē aliq̄ mā mixta ex col̄a ⁊ flegmate groſſior ⁊ ꝙ ſit eque groſſa: cū tñ dicimus ceteris parib⁹: in titulo nr̄o hoc nō itelligimus: ſꝫ ꝙ ſil̄r ſitū obtineat mā mixta cū tāta ꝓportiōe colere ad flegma inter mās in tāta ꝓportiōe mixtas: ſicut quē obtinet flegma in tota latitudine groſſitiei flegmatis: ⁊ ſi flegma eſt groſſiſſimū poſſibile: ⁊ hec materia mixta ſit groſſiſſima poſſibilis in mixtura flegmatis ⁊ colere cū tali proportione ⁊ ita intelligatur de alijs: ⁊ hoc eſt melius intelligibile q̄ꝫ dicere: vt dicit Gentilis: ꝙ tunc intelligūtur cetera paria qñ ſunt ita paria: vt nō cadat error in iudicio: q2 petēdū eēt ab eo: cū qbus modis nō cadit error: ⁊ nō explicat. Nota tñ circa hoc ꝙ fortitudo virtutis hominis patiētis in hora incipiēdi taliū febriū dꝫ poni par: ſed ſi vna iſtaꝝ febrium hꝫ plus debilitare q̄ꝫ alia. non opꝫ ꝙ ponatur in ꝓceſſu febriū virtutes ꝯtinue pares q2 diſparitas in ꝟtute ſeqtur ad ꝯc̄ones al̄s ꝯcluſas febres: ⁊ ſil̄r oppilatio ⁊ poroꝝ aptio: que ſunt ī diſpoſitiōe nāli debēt poni pares: ſed non opꝫ ꝙ ſint pares in hora .i. iſtaꝝ febriū: cū vna iſtaꝝ materieꝝ ſit magis oppilatiua q̄ꝫ alia: ⁊ multa talia opꝫ conſiderare.

*Sexta ſup poſitio.*

¶ Sexto nota ꝙ in ſalubribus febrib⁹: quaꝝ poꝛyſmi per reſolutionē māe terminanꝛ: ⁊ quarū totales materie digeruntur ⁊ poſt reſoluūtur paulatine nō per criſim velocē virtus agit ad māeꝝ diſſolutionem: ⁊ calor inq̄ꝫtum eſt nālis. nā Gal. voluit primo de criſi cap̄l̄o 17. ꝙ ebullitio in mā taliū eſt de opere caloris nālis. Et idem dicit prima affo. cōmēto. 14. (Ventres vere ⁊ hyeme.) ꝙ calor naturalis diſſoluit ſuperfluitatem: lꝫ ergo Aui. dixit ſupra in cap. de ſermone vniuerſali putredinis: ꝙ calor putredinalis finit humiditatē māe: ⁊ incinerat non intelligaꝛ: ꝙ hoc facit ſolum vt putredinalis: ſed etiaꝫ vt nālis ad modum loquēdi medicoꝝ: q2 virtus hoc intēdit: ⁊ cum eodem gradu caloris fortius facit hoc: ⁊ velocius virt⁹ fortis q̄ꝫ debilis: ⁊ hec de primo articulo.

*Opinio Alberti.*

¶ Quātum ad ſcōm attēdēdū: ꝙ de hac materia duo modi inueniunꝛ oppoſiti quodāmō: vnus eſt Alberti de cantarijs in qōne: qua reſpondet medicis piſanis querētib⁹: an paroxyſmus tertiane note eſt prolixior poꝛyſmo quotidiane. ¶ Et premiſſis declaratiōibus cāꝝ longitudinis ⁊ breuitatis poꝛyſmoꝝ ⁊ toti⁹ febris ponit iſtam cōcluſionē: quā dicit eſſe de mente Auicē. poꝛyſmus tertiane note eſt longior paroxyſmo quotidiane. iſtam cōcluſionē p̄riō probat auctoritate Auic. pr̄ia quarti: qui in cap. de flegmatica dicit: ꝙ paroxyſmus eius eſt decē ⁊ octo horaꝝ: ⁊ in cap̄l̄o de tertiana nota dicit: ꝙ qñqꝫ eſt .xl. horaꝝ. ⁊ idē pōt cōphendi ex Gal. 2. de differētijs febriū. ¶ Scōo hoc probat rōnibus. p̄riō ſic. illius febris paroxyſmus eſt longior: cui⁹ materia ad putredinē mota tardius reſoluiꝛ: ſꝫ tertiana nō pura eſt hmōi reſpectu flegmatice: ergo ⁊c. maior eſt nota ex dictis ſupra de cā receſſus poꝛyſmorum in febre putrida. minor probaꝛ: q2 in tertiana nota eſt colera: q̄ ſui ſubtilitate facit flegma putrere: ⁊ imbibi in paruis foraminibus ad que purum: q2 groſſum penetrare nō poſſet: ⁊ flegma ſui groſſitie ⁊ viſcoſitate figit coleram: que ſine flegmate ita figi non poſſet dum difficulter diſſoluūtur: ⁊ pp fixionē: ⁊ pp profundationē: ſed flegma ſolū diſſoluiꝛ difficulter ꝓpter fixionē. ⁊ per ꝯn̄s minus difficulter. ¶ Preterea. illa febris eſt longioris paroxyſmi: ad cuius materiam diſſoluendā virtus pl̄imo tp̄e indiget: ſꝫ febris de fl̄ate mixto cū colera eſt hmōi reſpectu febris de puro fl̄ate: ergo eſt lōgior. maior eſt clara. minor patꝫ: q2 mā febris de fl̄ate mixto eſt etherogenea: mā autē febris fl̄atice pure eſt homogenea reſpectu illius: ſed ad etherogeneā vincēdā nā pl̄imo tp̄e indiget: vt Gal. p̄riō regiminis acutoꝝ. capi. de ſignis ſumptis ab egeſtione. igitur ⁊c. q2 nā in pugnādo contra illā terreꝛ. hec eſt Alberti ſententia. dicit tñ hoc ſe maxime ſentire de tertiana nota pendente a colera vitellina: in q̄ permixtio eſt cum groſſo flegmate nō dependente a colera citrina: cuius mixtio eſt cuꝫ ſubtili.

*Inſtantia ad Alber.*

¶ Contra hāc poſitionē arguitur ſic. aliqua tertiana nō pura habet poꝛyſmū breuiorē .18. horis: ⁊ omnis flegmatica habꝫ paroxyſmū .18. horaruꝫ ergo aliq̄ febris de puro flegmate alijs pib⁹ lōgiorē hꝫ paroxyſmuꝫ febre data de flegmate mixto cuꝫ colera. minor ē Auic. ⁊ Gal. 2. de criſi. ⁊ tertio ꝺ differētijs febrium: ⁊ maior eſt Auicē. in cap. de differētia inter tertianā purā ⁊ nō purā. Nā vult ꝙ quādo trāſit .xiiij. horas: eſt non pura ⁊ magis non pura cuꝫ magis tranſit. ¶ Hic reſpōdēt aliqui negādo antecedēs de tertiana pendēte a mixtione groſſi fl̄atis. Sed dicunt hoc eſſe verum in nō pura pendēte a mixtione flegmatis ſubtilis: que iam ex excluſa. ¶ Sed iſta eſt ſtulta reſponſio nam a colera pura fit paroxyſmus maximus poſſibilis .xiiij. horaꝝ: ſed mixtio fl̄atis groſſi cū colera pōt eſſe tam modice quātitatis: ꝙ per illud nō ꝓlongabitur paroxyſmus per mediam horam cum infinitis modis contingat aliquādo fl̄a cōmiſceri: etiaꝫ groſſum: ⁊ hoc argumentū cōcludit maxime de mixtione per vicinitatem nō habente vnam formam. nullo ergo modo pōt ſaluari: ꝙ paroxyſmus tertiane non pure ſemꝑ ſit longior paroxyſmo fl̄atice pure: ſemper alioꝝ paritate ſuppoſita: etiā loquendo de paroxyſmo nō pure per permixtionē groſſi fl̄atis: dūmodo nō reſtrigam⁹ nos ad habentem vnā formā. Nec etiā ſaluari pōt ꝙ quelibet tertiana nō pura ſit longior fl̄atica pura quo ad vniuerſalia: vt patet ex argumento ſimili huic poſita paritate. ¶ Prima aūt ratio ſua nō ꝓbat. naꝫ q̄ꝫuis difficulter diſſoluaꝛ materia mixta ꝓpter fixionem ⁊ ꝓfundationem: tamē q2 fixio eſt multo maior in fl̄atica q̄ꝫ fixio in materia mixta ex colera ⁊ puro fl̄ate: iō plus facit illa fixio ad ꝓlongationem fl̄atice q̄ꝫ ille due cāe ad ꝓlongationem nō pure. ¶ Sed ſcōa rō nō plus ꝓbat niſi ꝙ ſi ſint due māe diuerſe reſoluēde a virtute ꝙ virtus plus laborat in illis reſoluēdis q̄ꝫ in vna illarū. Et hoc nihil ꝓbat in ꝓpoſito: vt infra videbtiur.

*Opinio Marſilij.*

¶ Marſili⁹ aūt in magno oꝑe ſuꝑ pr̄ia q̄rti poſuit cōcluſionē ſub hac forma: fl̄atica nō pura niſi ꝑ melācoliā minoris ⁊ breuioris eſt paroxyſmi: ⁊ ꝓbat: q2 fl̄a ſi impuraꝛ ꝑ ſanguinis / aut colere mixtionē ſubtiliatuꝫ ⁊ calefactū minorē faciet poꝛyſmū: ſꝫ poſtea in reſpōdēdo nō ſaluat hꝫ vl̄r cōcedēdo: ꝙ qñqꝫ col̄a ꝑ ſui mixtionē ingroſſat fl̄a: ⁊ facit ipm difficilius diſſolubile: ⁊ ſic qñqꝫ facit paroxyſmū ꝓlongari. Sed dicit ꝯcluſionem verificari plurimū. nā quādo colera calefaciēdo fl̄a reſoluit ſubtile eius dimiſſo groſſo: tunc ingroſſat ⁊ reddit ipſum difficilius diſſolubile.

*Inſtantia ad Marſiliū.*

¶ Cōtra hāc poſitionē p̄riō videntur ſermones Auic. ⁊ Gal. dicentium: ꝙ quāto eſt magis impura: tanto eſt breuior fl̄atica. naꝫ quāto eſt magis impura: tāto plus de colera permiſcetur cum fl̄ate: ⁊ quāto plus de colera permiſceꝛ alijs paribus: tanto magis reſoluiꝛ ſubtile groſſo remanente. nā ꝓ ſitcū ſit fortis ⁊ ſubita calefactio: vt pꝫ ꝑ experientiā. Et Auic. in multis locis modo velocior ſit calefactio fl̄atis a col̄a qñ eſt multa q̄ꝫ qñ eſt pauca.

*Opio gē.*

¶ Tertius modus reſpōdēdi eſt Gen. in qōne longa: quā facit ſub hoc titulo: ⁊ p̄riō p̄mittit q̄ ſunt neceſſaria: vt dixi in p̄riō articulo: lꝫ in quibuſdam differat in dictis a me: ⁊ quātū attinet ad ꝓpriam terminationeꝫ iſtius qōnis: maxime differt intelligendo paritatē aliorum exceptis illis: in quibus ſit cōparatio: vult enim ꝙ quādo dicimus alijs paribus ꝙ paritas ponatur in omnibus illis: que poſſunt eſſe cōmunia materiei pure fl̄atice: ⁊ materiei mixte ex colera ⁊ flegmate: ⁊ poſtea videtur in quibus ſequitur neceſſario diſparitas inter tales materias: ⁊ illa non oportet paria ponere ⁊ de-

ſcendendo

UVA. BHSC. IyR_044_2

¶ Scðo no. ꝙ aqua bona dicta qñ eſt in actu frigida habet īfrigidare ⁊ humectare: q: eſt talis reſpectu corporis humani ī actu: ⁊ iō hꝫ ſtatim remouere quoquo modo: ſed hoc notat experiētia: penetrat ēt in venas: q: aliter nō mīgeret̃: ⁊ ſic penetrat in corpus: ⁊ cōſtat ex Aui. 14. tertij. cap. ð cura apoſtematis calidi epatis ꝙ ipſum abſtergit abſqꝫ ꝙ vſquequo faciat oppilationē. Cum ergo Gal. 3. regiminis acutorū dixit auctoritates ſuprapoſitas nō intellexit ꝙ abſolute ita ſit: ſed reſpectu eius qð facit ꝑmixta cū alijs rebus: q̄ ꝑcipue ſunt corpori familiariores: ſicut vinū ⁊ mel ⁊ alia. Naꝫ cum illis iuncta magis ſedat ſitim humectat: iuuat magis ad penetrandū ⁊ ſubtiliandū: ⁊ alia opera faciēdū: de quibus illic dicit̃. Et q: non tm̄ morat̃ in ſtomacho vel inteſtinis mixta ſicut pura: iō nō ita vehementer caleſit in his: in quibus colera ſub dyafragmate dn̄atur. Et ideo nō ita in eis in colerā cōuertit̃ mō quo illic intelligit̃. nō. n. aqua dicta in corꝑe nr̃o in humorē verū cōuertit̃: eſto ꝙ non ſit oīno ſimplex: q: talis aqua ſm̄ Auic. nō nutrit: nec eſt in potētia ita ꝓpinqua aliquis hūor: vt poſſit a noſtro calore in hūorē cōuerti niſi qñ ē magis mixta. Sed caleſit ⁊ colere quam inuenit in tali corꝑe īmiſcet̃ vt videat̃ quo ad corpꝰ leſionē col'a fuiſſe in augmento: ⁊ aqua quo ad hoc in coleraꝫ cōuerſa: qð tñ nō eſt ītelligendū ſemꝑ eē veꝝ: ſꝫ vtplurimū. nā ſi plurima det̃ q̄ꝫtitas: ita ꝙ hō tremat vt ſit in cauſone ⁊ tertiana cōtinua ⁊ in ſynocha īfrigidat colerā ⁊ ingroſſat ⁊ illā digerit: vt īnuit ſupra Auic. ⁊ iō Gē. dic̃ ītelligēdū eē Hip. ibi qñ pauca ð ea dat̃ q̄ꝫtitas nō qñ multa ſubito: ⁊ ſil'r Marſiliꝰ. Gal'. aūt. 10. terapē. ī colerico cal'o ⁊ ſicco febriēte in eſtate ex ira vel ſolis īcēdio dedit ī cibādo pugillos duos: aut tres: q̄ ñ videt̃ multa q̄ꝫtitas: ⁊ ī alio. Et iuueni cal'o ⁊ ſicco ī caumatibꝰ febriēti ex ira dedit ī ꝑ̄ poryſmo duas cotilas: q̄ ſm̄ Simonem ſunt. 3. 12. aut. 14. q̄ non vr̃ multa q̄ꝫtitas: ⁊ ille ſtatim vomuit rubiſſimaꝫ coleram: ⁊ poſtea ſeceſſit. i. ꝑ egeſtionē emiſit. Et ī cibatiōe poſtea accipiēs cotilam vnā aq̄ frigide nō vltra februit. Et tñ ꝯſtat ꝙ ſi talē cōfeſti vomuit ille erat ⁊ dn̄abat̃ ſub dyafragmate: ⁊ fuit adiutꝰ ꝑ nō tā multā q̄ꝫtitatē aq̄ fride ſicut iſti dn̄r inuere: nec fuit iſta q̄ꝫtitas ī colerā ꝯuerſa. Credēdū ē ergo Hippocratē ītelligere illos: ī qbꝰ col'a ſub dyafragmate dn̄at̃: qbꝰ extreme ⁊ multū dn̄at̃ nō oīs: ī qbꝰ pluſq̄ꝫ ī tēꝑato ī locis illis ð col'a. Et iō q: multū variat̃ mēſura ⁊ multitudinis col'e ⁊ gradus caloris ⁊ fortitudinis v̄tutis ⁊ ariditatis mēbrū: nō ſil'r ſ oībꝰ q̄ꝫtitas exhibet̃. vñ. 10. terapē. loco allegato dixit Gal. multa. n. diligētia ſm̄ menſuram ita ſe hn̄t īdiget datione aq̄ frigide.

¶ Tertio no. ꝙ lꝫ Auic. ponat. 8. ꝯditiōes indicantes nō dari aquā frigidā: tñ ſunt multe alie ꝑtim poſite ab alijs doctoribꝰ ꝑtim cōꝑhēſibiles a medico ꝑ iſtas. vñ Hip. 3. regiminis. textu allegato. ⁊ Gal. in cōmē. ponūt īfridationē extremoꝝ ⁊ ꝓncipiū poryſmoꝝ eē vnā ꝯditiōeꝫ ꝓhibētē dictā dationē: ⁊ ꝑ̄t cōꝑhēdi ex loco alleg. 13. tertij: ꝙ ꝯturbatio pēdēs a mā ībibita ī ſtōacho ē ēt talis ꝯditio ⁊ oppl'o ⁊ multitudo hūoꝝ viſcoſorū ponūt̃ a Gal. 9. terapē. ⁊ ꝓhibitio reſol'onis: ⁊ ꝑ̄ terapē. loco alleg. ponit̃ putredo hūoꝝ ð ꝓhibētibꝰ dari aquā fridā. Et alie pn̄t ꝑticulares ꝯditōes ꝯſiderari: ð oībꝰ ḡ talibꝰ ītelligendū ꝙ capitaliores ⁊ ꝑ̄ncipaliores ſūt ꝯditiōes ab Aui. poſite: q̄s in textu īfra videbitis.

¶ Quarto notādū: ꝙ iuuamēta potꝰ aq̄ fride ī febribꝰ ſunt extinctio vel remiſſio caloris febrilis ⁊ v̄ſus tēꝑatum reductio

De aq̄ frigide iuuamentis febribꝰ ⁊ nocumentis.

UVA. BHSC. IyR_044_2

tum reductio cauſa ſube membrorū q̄ʒ ſpūum q̄ʒ hu/
morum: hic dʒ ſequi v̄tutis cōfortatio: cum fortitudo
ſequitur temperamentuʒ. Scōo eſt hūorum ſubtiliuʒ
ingroſſatio. ſ. illorum q ingroſſatione indigent vt ſunt
magis parati expulſioni: ⁊ hec duo iuuamenta ſequi/
tur multotiens expulſio materie ⁊ īfirmi liberatio: qñ
nã ꝯfortata īſurgit ⁊ mãʒ illã: q̄ hoc mō fuit digeſta ex/
pellit. Tertiū iuuamētū eſt ꝓhibitio colere īflāmatōis
in paratis ad h̄. vñ Gal'. 6. terapē. opinaſ colericos fe
briētes in calida ꝯſtōne ex ira vel labore vl' extrinſeco
niſi potēt aquā frigidā caſuros ī cauſonidē. Quartum
iuuamētū ē ꝓhibitio nimie exiccatōis corpis: ⁊ p illud
fixiōis caloris. nā Gal'. ēt locis all'atiʒ dimiſſa exhibitio
ne aq̄ frigide ī illis dubitat a caſu in ethicā ⁊ maraſmū
⁊ tādē in mortem.

¶ Nocumēta autē exhibitionis eius intemperate ſunt
etiam multa. Primū eſt remiſſio vel extinctio caloris
nãlis tā ī ſpū q̄ʒ ī mēbris tñ maxīe in ſpū q eſt ſubtilis
ſube: ⁊ poſt illud in membris exanguibus ⁊ precipue
neruoſis: ſicut ſtōach⁹ ⁊ inteſtina ⁊ veſica ⁊ yſophagus
⁊ dyafragma ex q̄bus multotiēs ſequunſ magni defe/
ctus opationuʒ in iſtis mēbris: īmo ſunt valde debilia
⁊ īcōſueta ⁊ gracilia: timeſ mors. vt narrat Gal'. de q̄/
dam ſūmo pipathetico vocato Ariſt. in libello de virtu
te cōſuetudinis q ex potu aque fride incōſuete macer
exñs mortuus eſt. Scōm nocumētum eſt ingroſſatio
hūoꝝ: ⁊ p̄cipue groſſoꝝ indigeſtoꝝ ⁊ eoꝝ incrudatio
ſm moduʒ loquendi medicorum: ⁊ per ꝯñs ꝓhibitio
expulſionis eoruʒ. Tertium eſt oppilationum additio
ingroſſando humores ⁊ vapores ī ꝯſtringēdo poros ⁊
vias: ⁊ h̄ ſequiſ ꝓhibitio trāſpiratiōis ⁊ retētio maloꝝ
fumoꝝ: q mixti cū hūoribus multotiēs ſūt cā noue pu
tredinis ī aliȷ̄s hūoribus ⁊ ītēdiſ qñq̄ʒ febris ſcōa ma
ior prima. Quarta ē ꝓhibitio reſolutōis vt accidit tpe
poxyſmi īterpolataꝝ febriū: ī q̄b⁹ mã mota ad putredi
nē dʒ reſolui ⁊ extra corp⁹ euaporari. Quintū ē addi/
tio in dolore ap̄atis ītrinſeci p̄cipue: puta ī ſtōacho vl'
pleura vl' alio loco ⁊ ſue mãei īcrudatio ⁊ ꝓhibitio re
ſudatiōis ⁊ fere ꝯtinue fit ī talib⁹ ap̄atib⁹. Sextū nocu
mētū eſt mordicatio: q̄ fit a frido in incōſuetis ⁊ excar/
natis ⁊ paꝝ ſanguīs hñtib⁹: aut hñtibus mēbra multū
ſenſibilia. vñ ſequiſ qñq̄ʒ ſpaſmus p̄cipue ex nocumen
to neruoſi ⁊ nobilis mēbri ſicut ſtōach⁹: ⁊ ſeq̄ſ leſio opa
tionū ī eis: ⁊ ex hac triſti ſenſatiōe. Septimū nocumē/
tū eſt cū inflāmaſ pp ſuā longā morā in ſtōacho ⁊ mō
ſupradicto. auget nocumēta colere. Multa alia p̄terea
ſunt nocumēta. p̄terea tñ q̄ iſta dicta ſequūſ. Medic⁹
ergo dʒ eē examinator bon⁹ nocumētoꝝ ⁊ iuuamētoꝝ
q̄ ex potu aque ſeq poſſent: ⁊ h̄ cū debita cognitōe di
ſpōnū corpis tā nãliū q̄ʒ p̄ter nãm ⁊ ꝯſuetudīs ⁊ reꝝ ſi
mul ꝯcurrētiū vt regiōis ⁊ ꝯſtōnis ⁊ tpis anni vt p hoc
videat ſi iuuamēta ī exhibēdo aquā frigidā ſupant no
cumēta: vel ſi p aliō adiutoriū poſſit iuuamēta ꝯſeq nō
habitis nocumētiſ vl' magis ſupare iuuamētū nocumē
ta: ⁊ ſm hoc ferre iudiciū d̄ dādo vel nō dādo aquā fri
gidā ſimpl'r: aut cū alio in pua: aut magna q̄ʒtitate in h̄
vl' alio tpe. Et hec poſtea acq̄riſ p cognitiōeʒ regulaꝝ
huius ſcientie ⁊ per longā experientiā: ⁊ cōtinuam le/
ctioneʒ operationum: quas antiqui medici fecerunt ⁊
euentus ex illis: ⁊ per ſtudium in particularibus capi/
tulis de cura febrium: ⁊ vbi de hac materia loquuntur
⁊ diligens examē eorum: que ibi dicuntur.

¶ Quinto notandū: ꝙ lʒ humor groſſus ⁊ crudus in/
dicet nō debere dari aquā frigidā: tamē in multis febri
bus datur: in quibus humor eſt groſſus ⁊ crudus pp
alias cās: ſicut multotiens dimittiſ humore nō exiſtēte
groſſo ⁊ crudo pp alias cās: vt dr̄ in notato p̄cedente.

Prima cō clusio. ¶ His poſitis ſit iſta pria cōcluſio: nō in oī febre ſine
hūore groſſo ⁊ crudo dʒ dari aq̄ frigida a medico pura
⁊ multe qūātitatis: iſta pʒ: cū virtus fuerit debilis ⁊ mē
bra excarnata ⁊ corpus incōſuetū ⁊ maxīe de ita febriē
te cū bibat ꝯuenīētiſſimā mēſurā aque frigide: ꝯſtat ꝙ
nō eſt ſtatim amplior: aut alia q̄ʒtitas aque fride dāda
nec pura: nec cōmixta pro tūc: īmo ſtat ꝙ liberabitur
anteq̄ʒ alia ſit danda: vt patet conſideranti.

¶ Scōa ꝯcl'o. paꝝ añ principiū poxyſmi ⁊ in p̄ncipio poxyſmi ēt cū infrīdatiōe extremoꝝ ⁊ in īterpolatis ⁊ — Scōa ꝯ.
in augmēto ⁊ ī ſtatu ⁊ ī declinatiōe poxyſmi ⁊ in tēpo
re q̄etis pōt ꝯuenīēter admīſtrari in febrib⁹ hūoralib⁹
⁊ īterpolatis pura aq̄ frīda. Hec ꝯcl'o pʒ ex Gale. 10.
terapē. cū dixit: in illo īfirmo quē poſuit exēplū illorū
q pp diſcraſiā calidā ⁊ ſiccā febriūt: ⁊ cui cibū dederat
ꝙ ille īfirmus erudiuit multos nō īſenſatos: ꝙ ⁊ ante
poxyſmū opʒ qñq̄ʒ cibare: ⁊ ſi duaꝝ horaꝝ ſit mediuʒ.
Et ſubdit: edocuit ꝙ te: q̄ ſm īpaʒ inuaſionē poxyſmi
hos tales opʒ cibare. dico aūt hos tales: in q̄b⁹ diſcra/
ſia corporis ad caliditatē ⁊ ſiccitatē euerſa febris accē/
dit. hec Gal. Et ptʒ legēti capl'm illud ꝙ febris erat ī/
terpolata: ⁊ ꝙ exñte p̄n. ⁊ frigore forti cibauit eū: po/
ſtea in ſequēti capl'o dicit: ꝙ in illo īfirmo ſm vnāquā/
q̄ʒ cibationem dederit aque ſincere frigide fontis qñq̄ʒ
pugillos duos: qñq̄ʒ tres. Et ſil'r poſſet inferri ex dcīs
Aui. īfra ī cap. de ſyncopi accidēte in febribus acutis.

¶ Tertia ꝯcl'o. Aqua frīda admīſtrata in febrib⁹ paro — Tertia ꝯ.
xyſmalibus plurimū eſt apta nocere in p̄ncipio paro/
xyſmi. Scōo in augmēto. Tertio ī ſtatu. Quarto ī de/
clinatōe. Iſta patet: q̄ in principio addit in ſuffocatio
ne caloris: ⁊ reuocatione: ⁊ ꝓhibet ſparſionem mãe ⁊
ſubtiliationē magis q̄ʒ in aliȷ̄s tēporibus: cū tūc calor
minus poſſit ei reſiſtere: ⁊ humor minus reſolubil' vel
ſubtiliabilis. in augmento autem minus nocet q̄ʒ ī p̄n
cipio: ſed magis q̄ʒ in ſtatu: q̄ minus poteſt calor au/
gmenti prohibere aquaʒ frigidam ab ingroſſatione q̄ʒ
poſſit in ſtatu: ſed in ſtatu magis nocet q̄ʒ ī declinatio/
ne: q̄ plures ſunt vapores ⁊ humores: quoꝝ reſol'o ꝓ
hibeſ: ⁊ plus ēt proportionabil'r in intrinſecis corpis:
⁊ intelligaſ aliȷ̄s indicationibus paribus.

¶ Quarta ꝯcl'o. lʒ de ſtatu ⁊ declinatiōe plurimum ita — Quarta ꝯcl'o.
ſit: ꝓbabile eſt aquā frigidā qñq̄ʒ aliȷ̄s paribus minus
nocere exhibitā in tempore ſtatus q̄ʒ in certa pte decli
nationis eiuſdem morbi particularis. ꝓbatur: ⁊ ſuppo
nitur ꝙ intentio caloris febrilis in corpore cui daſ aq̄
frigida eſt cauſa minorationis nocumētorum: que face
ret aqua frigida: ſicut eſt nimia infrigidatio membrorū
⁊ ſpirituum: ⁊ triſtis ſenſatio frigiditatis: precipue in
inconſuetis. remiſſio vero eſt contrarȷ̄ cauſa. hoc patʒ
ex Gal. 9. terapentice. capitulo. 5. ſm cotationeʒ meā:
vbi dixit: ⁊ tum incōſueti frigida propter eſtum febris
coacti bibere ſcilʒ aquam frigidam nullo leſi ſunt. nam
demum aſſuetorum aliquis ledetur regimen maximuʒ
habens ex ſuperabundanti multitudīe caloris. hic. n.
in ſpacioſitate vaſorum multus detentus a groſſa ſub/
ſtantia in eis: ⁊ adhuc humoribus ignitis quantum a
frigida patitur infrigidatus tantum in ea efficit caleſa/
ciēs. hec Gal. hoc ſuppoſito arguitur ſic. poſſibile eſt
in ſtatu minus ledi a frigida aqua potata per infrigida
tionem ⁊ triſtem ſenſationem q̄ʒ lederetur in declina/
tione: in qua remiſſior eſt calor. igitur poſſibile eſt hoc
nocumentum eſſe tanto minus ſuo ſimili in declinatio
ne q̄ʒ minus erit in omnibus aggregatis nocumentis
in ſtatu q̄ʒ ex omnibus in declinatione. ꝯſequentia pa
tet intelligenti ꝙ poſt ſtatus plus ſuperat declinatiōis
certam partem: īmo vnam q̄ʒ proportionaliter in intē
ſione caloris quam ſuperat in multitudine vaporum ⁊
fumorum. Et q̄ vapores ⁊ fumi magis calidi ⁊ cōiun
cti maiori caliditati mēbrorum ⁊ humorum magis reſi
ſtunt ingroſſationi per infrigidationē q̄ʒ facit aqua fri/
gida: q̄ʒ reſiſteret pauci in declinatione: ⁊ coniuncti illi
calori membrorum: ⁊ humorū: ⁊ propterea medicum
opʒ diligentē eſſe imaginatorē ⁊ cōiecturatorē diſpo/



UVA. BHSC. IyR_044_2

ſitionū corꝑis in dādo frīdā aquā: vt Gal. 10. dixit te/
rapē. ⁊ idigōnē cognitōez pñtiū ⁊ ꝓnoſticoꝝ futuroꝝ.
Quīta ꝯ. ¶ Quinta ꝯclo: lꝫ ita ſit vt p̄cedētes ꝯcluſiōes aſſerūt
vtplurimū tñ in febribus: in qbus opꝫ dare aquā frigi
dam: non obſtātibus preſentia putredinis ⁊ apoſtema
tis melius eſt ſtatim: ſicut medicus occurrit dari aquaꝫ
frigidam q̄ꝫ expectare: ſiue fuerit principiū: ſiue aliud
tp̄s febris. ſ. particulare. Hec pꝫ ex Gal. 10. terapen.
caplo. 6. cum dixit: poſtq̄ꝫ docuerat dari aquā frigidā
cū nō ꝯdicit flegmon aliquis: aut putredo humorum:
hec verba. Si ꝟo aliquid hoꝝ. ſ. aut flegmon: aut pu/
tredo appeat: attēdere ſubtiliter opꝫ: ⁊ diiudicare: in q̄
tempore frigidam aquā dare p̄ſumemus. Ego em̄ de/
di multis talium melius eſſe exiſtimamus in eodē quo
mox tempore: ⁊c. que ſequuntur: vide per te. Et dixi
notanter vtplurimuꝫ: q: in quibuſdaꝫ diſpōnibus opꝫ
expectare digeſtionē: vt pꝫ ex Gal. 9. terapenti. caplo
ſupra allegato: vbi poſtq̄ꝫ dixit ꝙ heriſipilas certiſſi/
mas ⁊ puras nullo alio ſanabis q̄ꝫ cum aqua frigida.
mixtuꝫ vero ſi qd fuerit flegmonis digōnis opꝫ expe/
ctare cognitiones. ſ. in dando aquam frigidam: ⁊ hoc
quātuꝫ eſt ex p̄te flegmonis. Nam multo exiſtēte peri
culo de caſu in ethicam: pꝫ ex auctoritate. 10. ſtatiꝫ po
ſita: ꝙ opꝫ ſtatim dare aquā frigidam.
Sexta ꝯ. ¶ Sexta cōcluſio: lꝫ aqua frigida in febribus humora
libꝰ qñqꝫ ſit exhibēda añ mãei digōnē: qñqꝫ minus di
geſta mã: tamē aliīs paribus cōueniēter eſt eius exhi/
bitio cum mã eſt completa digeſta. Iſta pꝫ quo ad pri
mā partē ex dictis de cauſone: in quo mã ſubtilis per
aquam frigidam digerit. Et etiam de infirmo Gal. de
quo ſupra in ꝯcluſione ſecunda. Et quo ad ſcdam p̄tē
pꝫ: q: materia exiſtente cruda magis dubitādum ē ne
virtus poſſet materiam bene digerere. Non ſolū enim
per ingroſſationē ⁊ infrigidationē talis materia digeri
tur: vt oñſum eſt in p̄ncipio iſtius caplī: ſed ꝑ acqſitio/
nem diſpōnum per quā fit obediēs nāli calori aliarū a
modo ſube. ſ. per modū mixtionis: ſed qñ materia ē di
geſta ꝯfortata virtute per tēperamētum acqſitum mē/
bris ex potu aque frigide magis ſecure ſanitas expe/
ctatur ⁊ materiei expulſio. Et ideo Gal. 9. terapen. lo/
co ſtatim allegato in flegmone expectauit digeſtionē:
⁊ pauloante dixit. nam in quibuſcūqꝫ in principali mē/
bro flegmonoſo tumor vel ydimacoſus vel ſchiroſus
eſt. non opꝫ habēs dari frigidā. ſilr nec qbuſcunqꝫ ob/
ſtructio vel putrefactio hūoꝝ ineſt idigeſta. ſi ꝟo ma/
nifeſta videris ſigna digōnis ſine p̄dictis tumoribꝰ. il/
lud ſolū adhuc ſcrutādū eſt ne aliqua particula ita fri/
gida ſit complexiōe: vt in eā oſtēdat nocumentū. Ecce
ꝙ Gal. ſine digōne nō dat: ⁊ cū digōne dat: lꝫ hoc itel
ligi debeat de talis indigōne: que eſt ꝑ groſſitiē vel vi
ſcoſitatē: aut ſaltē nō ꝑꝑ nimiā ſubtilitatē ⁊ flāmā: ⁊ in/
fra in eodē caplo ſm vnā cotationē dixit. Sanationes
ꝟo ſynochaꝝ febrium due: ⁊ he ſunt maxīe flobotho
mia ⁊ aqua frigida: ſed illa quideꝫ in omni tēpore ferē
te demū virtute. frīde vero aque potus: tamen ī pulſi/
bus ⁊ vrinis manifeſta ſigna digeſtionis videas: vnde
q: qñ Gal. ibidem dixit de expectāda digeſtione ī dā
do frīdam aquā loquitur Auic. ī ſynocha: aut in his: in
qbus eſt apoſtema ſanguineum vel flegmaticuꝫ vl' me
lancolicum: vt pꝫ ex lr̄a: videt mihi ꝙ ille ſue vl'es ſint
reſtrīgende ad febres: in qbus non ſolū eſt humor di/
cibilis: ſed frīdus: aut groſſus qui ſit cauſa febris: aut
cum illo coniunctus.
Septīa ꝯ. ¶ Septima cōcluſio. In qbuſdam febribus aqua fri/
gida ſubito multuꝫ eſt conueniens: ⁊ ſi pauca daretur
noceret. ¶ Iſta concluſio probatur de febre peſtilen/
tiali ex Auicen. in capitulo proprio: vbi dixit. Et aqua
frīda plurima ſubito eſt iuuatiua valde: pauca autē cō/
ſequēter exhibita forte excitat caliditatem. De cauſo/
ne aūt cōſtat ex Raſi. 10. Almāſoris: ꝙ multe aque fri/
gide quātitas in frigiditate minor dari dꝫ tp̄e vehemē
tie caloris: ⁊ idē facit Auic. in cura cauſonis: ⁊ Gal. ⁊ ī
diuiſionibus Raſis. ⁊. 7. cōtinentis. caplo de febre cō
tinua ex ſanguine: ⁊ tertio regi. acutorū: ⁊ Halyab. ī cu
ra cauſonis. Sed ꝙ pauca quātitas qñqꝫ obeſſet ſola
data cum multa iuuaret ſubito data. pꝫ ex rōne. Si. n.
in peſtilentiali pauca accendit caliditatē ⁊ exiccat. hoc
nō erit niſi q: inflammatur: ⁊ poſtea calefacit: ſicut ex
Hip. dictuꝫ eſt ſupra de illis: in quibus colera ſub dya
fragmate dominatur: ſed hoc pōt in cauſone ⁊ ſinocha
ſimiliter cōtingere vt patet: ergo nō ſolum in peſtilen/
tiali: ſed etiā in aliīs febribus eſt vera.
¶ Octaua ꝯcluſio. Et ſi aqua frigida multe quātitatis Octaua concluſio.
cōueniēter ⁊ in principio ⁊ in augmento ⁊ in ſtatu ⁊
in declinatione vniuerſali adminiſtrari pōt in febribus
humoralibus: tñ vtplurimū cōuenientius adminiſtra/
tur in ſtatu. Prima ps huius cōcluſionis ꝓbatur: q: in
quolibet taliū temporū vniuerſaliū pōt eſſe periculuꝫ
caſus in ethicā ſine fortiori indicatione ad oppoſitum.
ergo in quolibet tali pōt cōuenienter adminiſtrari aq̄
frigida: q: ad tale periculum vitandū exhibet. ſcda ps
pꝫ. primo auctoritatibꝰ tria. 10. Almanſo. caplo de cu/
ra cauſonis. vbi dixit: ꝙ adminiſtret in tp̄e vehemen/
tis caloris: qd tp̄s ē ſtatus. ſcda eſt Gal. ad glauconē:
vbi dicit. fontane aque ī ſynocho eligende: que leuior
⁊ in die cretico exhibenda. tertia eſt Halyabbatis dicē
tis febre cōſiſtentiā tenente periodica ꝓpinari frigidā
opꝫ acceſſionis eiꝰ medio tp̄e. 4. eſt. 11. terapen. inquit
enim qñ inſtat magnitudo febris ſicut in ſynochis: ne/
qꝫ vino vtendū eſt: neqꝫ balneo: neqꝫ ventoſationibus
rarefactiuis: ſed frigida in his bibita vt antea dictū eſt
aptiſſima. quinta auctoritas eſt in libello de maraſmo:
vbi Gal. ſi heripiloſa fuerit diſpoſitio abſtinere opꝫ ab
alimento oī: aqua vero frigida ſm ſtatū morbi vtendū
ē agoniſtice: ita manifeſtus nāqꝫ nominare cōſueui qñ
repentinā ⁊ frigidiſſimā do. Ex quibus eſt ꝙ Gal. nō
ſolū in diſpōne peccātis ſanguinis ſicut in ſynocho. ⁊
in peccato colere dat libentius in ſtatu. Et ꝓbatur per
cām. nā illo tp̄e ꝯuenientius dat quominus eius nocu
menta timent. h āt eſt in ſtatu cū ꝓpter vehementiam
caloris febrilis nō timetur nimia infrigidatio: ſꝫ ꝓpter
digeſtionē materiei nō timet icrudatio. Ex qbꝰ modo
ꝓ opando habetis ꝙ aq̄ frīda pura pōt ꝯcedi rōnabili
ter in febre iterpolata: ſicut fecit Gal. 10. terap. ⁊ ī quo
libet tp̄e particulari ⁊ vlī iterpolate febris itelligere di
ſtributionē nō ꝓ ſingulis: ſed generibꝰ tēporū. Pōt ēt
in cōtinuis tā in principio q̄ꝫ in augmento ⁊ ſtatu ⁊ in
declinatiōe adminiſtrari: plurima tñ ⁊ frigidiſſima cō/
uenientiꝰ adminiſtrat in ſtatu ⁊ in febribꝰ colericis aliīs
deductis. Itē ī p̄ncipio ⁊ aliīs tp̄ibꝰ ꝯueniēter admini
ſtrari. In ſynochis aūt multa quātitas nō niſi poſt di/
geſtionē inuenit ꝯceſſa: lꝫ aliqs caſus eē poſſet. ī quo ēt
añ cōueniēter adminiſtraret: ⁊ qñqꝫ parue: ⁊ qñqꝫ me/
diocris quātitat data noceret: vbi data mlta ⁊ ſubito ⁊
frigidiſſima multū ꝓdeſſet. Qñ qꝫ aūt ſolū pauca ꝓ vi/
ce eſt adminiſtranda. Et ꝙ medicus diligenter dꝫ cōſi/
derare cōditiones idicantes ⁊ ꝯſentientes dationē aq̄
frigide. Et ſimiliter cōditiones ꝓhibentes: ⁊ tunc be/
ne penſatis dare ⁊ nō dare: aut multū: aut parū ſm for
titudinē indicationū: ⁊ ꝙ auctoritates de nō dando in
principio. vel nō dādo añ digōnē nō ſunt ſimplr̄ intel
ligende. Utrū aūt in cōtinua ſit minus ꝑiculū q̄ꝫ in in/
terpolata ſi nō ſint ꝯditiōes ꝯdicētes: puto ꝙ nō: ſꝫ nō
eſt eq̄lis quātitas dāda: ſꝫ ꝯdicēte cruditate hūoꝝ ma/
ius ꝑiculū eſt in dādo ī ꝯtinua q̄ꝫ in iterpolata aliīs pa
ribꝰ: lꝫ Marſiliꝰ videat ꝯtriū dicere. Et rō: q: hūoꝝ icru
datio ē multū ꝑiculoſior ī cōtinua q̄ꝫ in interpolata.
¶ His ergo habitis rñdet ad argumenta. Ad primuꝫ
pꝫ ꝙ Auic. voluit ꝙ ſi cū febre ſit anxietas ⁊ cōturba/
tio ex mã ibibita nō dꝫ potari aqua frīda: ſꝫ calida niſi
fortaſſis

UVA. BHSC. IyR_044_2

foꝛtioꝛes ſint alie indicationes.
¶ Ad ſcȏꝫ pꝫ Hip. noluiſſe illas auctes abſolute intel
ligere ſꝫ cõparatiue reſpectu alioꝝ potuū vel reſpectu
ſui cõmixte cū alijs potibꝰ: vt dixi ſupꝛa in coꝛrelario
ſcȏi notabilis ꝑ qȏ ſint expoſite oēs auctoꝛitates Hip.
⁊ Gal. in illis argumētis tacte niſi id qȏ dꝛ in q̄nto ar/
gumēto: ꝙ data coꝛpoꝛi inanito adducit eū ī defectio/
nē. nā hoc ē verū qn̄ dat̄ multa ⁊ in coꝛpoꝛe multū ina
nito: qꝛ multū debilitato ꝑ viā reſolȗonis ⁊ reſpectu eiꝰ
qȏ faciūt in tali caſu alij potꝰ: nō tn̄ ſunt oēs febꝛiētes
hoc mō multū inaniti: īmo qn̄ ita eſſent vt erat ille in/
firmus Gal. aq̄ nō dat̄ ſola: ſꝫ aut cõmixta cū alio po/
tu: aut inter alios potus. Et ſilr̄ vltima auctoꝛitas ꝙ in
nulla egritudine dꝫ dari pura: aut ſola ītelligit̄ de illis
egritudinibꝰ de quibꝰ ibi loquit̄ Hip. nō vīr de omni
moꝛbo. Et intelligit̄ ſola: ita ꝙ nec ante: nec poſt aliud
det̄ in moꝛbo: merito cuius aqua habeat aliter opera
ri. Redeamus igit̄ ad textū cū dicit.

¶ Niſi ſit ſtomachus: aut epar debile: aut frigi
dum: aut ſit in viſceribus apoſtema: aut ſit in vi/
ſceribus doloꝛ: aut ſit complexio eius pauci ſan/
guinis: aut caliditas eius ĩnata ꝺbilis: quare de/
bilitat̄ poſt potū aque frigide: aut ſi nō ſit cõſuetꝰ
potare aquā frigidā ſicut illi q ſunt de regiõe cali
da. iſti. n. ſpaſmant̄ velociter: ⁊ aſſociat̄ eis ſingul
tus ⁊ extenuatus eſt de hac ſumma.

Nõnullas ex iſtis cõ ditiõibꝰ ēt tãgit Auer ro. colligꝫ 7. c. ꝺ cura feb. acuta rū arſuaꝝ ⁊ Gale. li. ꝺ tabe tex tu. 2. c. 2.

¶ In hac ꝑte ſupꝛa diuiſa narrat ꝯdõnes ꝓhibentes
exhibitionē aque fr̄ide ⁊ ꝯditiões īdicātes exhibitio/
nē vel tolerantiā exhibitionis eius. ibi ſcȏa. (Ubi autē
mā calida). ¶ In pꝛīo ponit octo ꝯditiões ꝓhibentes
dationē vl̄ indicātes nō dari aquā fr̄idā dicēs: ꝙ debꝫ
dari aq̄ fr̄ida cuꝫ ꝯdõnibus poſitis ſupꝛa in can̄. niſi ſit
ſtomachus: aut epar debile. Et ꝑ hāc ꝓmā dat̄ intelli/
gi etiam debilitas alioꝝ mēbroꝝ q̄bus hꝫ obuiare aq̄
frigida: ſicut diafragma ⁊ inteſtina ⁊ alia: ſed expꝛeſſit
hoc tanq̄ꝫ apertius leſibilia.
¶ Secūdo no. ꝙ intelligit̄ ſiue ſint debilia ꝺm ſuā nāꝫ
ſiue ex egritudine ſiue ex cā pꝛeter naturam.
¶ Tertio no. ꝙ debilitas poteſt intelligi: aut rõne ma
le cõplexionis: aut cum mā vel ſine: ⁊ de hac in iſta ꝑte
nō puto ꝙ intelligat: qꝛ tunc nō fuiſſet oppoꝛtunū ſta
tim addere aut fr̄idum: aut paꝝ ſanguīs: aut caliditatē
innatā debilē: qꝛ oēs illi modi ſub iſto pꝛīo ꝯtinētur: ſꝫ
loq̄tur de debilitate: que eſt ꝓpter reſtare raritatē: aut
largitatē poꝛoꝝ: ⁊ parum cõpactā mēbꝛis ſubſtātiam.
dato ꝙ nō ſit textū ex villis: ⁊ h̄ debilitas vnicuiq̄ꝫ mē/
bꝛo pȏt ineſſe: vt pꝫ: ⁊ facit hoc mēbꝛū debile in reſiſtē
do cauſis extrinſecis occurentibꝰ tā calidisq̄ꝫ frigidis.
pꝛīo qꝛ tale minus hꝫ ꝺ qualitate ꝑ quā reſiſtit. ſcȏo qꝛ
facilius applicat̄ ad ꝓfundā ꝑtē mēbꝛi applicando pe/
netrando in ip̄m. Et de hac loquit̄ Auic. ēt ſcȏa pꝛimi
doctrina ſecūda. in capl̄o de cauſis debilitatis mēbꝛo/
rū: ⁊ in multis locis: ⁊ tunc cā partis ē nota: qꝛ ſtoma/
cho vel epate exiſtentibꝰ debilibꝰ per potū aque frigide
multū infrigidant̄: ⁊ ſic addit̄ in eoꝛū debilitate: ⁊ eoꝝ
operationes multū nocent̄: ita vt aliq̄n moꝛs ſequat̄:
vt narrat Gal. 7. terapen. cap. de cura male cõplexio/
nis ventris calide ⁊ ſicce.
¶ Quarto nota qn̄q̄ꝫ īueniri vnā partē ſtomachi debi
lē: alia exiſtente foꝛti: vtputa meri vel os ſtomachi de/
bile fundo foꝛti exiſtente: vel eꝯ. Et iȏ ex potu aq̄ fri/
gide qn̄q̄ꝫ ledunt̄ operationes inferioꝛis partis: puta
digeſtio ⁊ retentio: qn̄q̄ꝫ ſuperioꝛis vt deglutitio. Et lꝫ
Gal. in loco alleg. 7. terapenti. loquat̄ de debilitate ꝑ
malitiā cõplexionis: cum etiaꝫ de iſta verificaret̄ vlti/
ma quo ad hoc attende ꝙ pars verificat̄: qꝛ iſta indicāt
nō dari. Pȏt auteꝫ qn̄q̄ꝫ debilitas iſta minus indicare
de nō dando q̄ꝫ alie cāe ꝙ non obſtante debilitate da/
bit̄ aqua fr̄ida multa vel pauca ꝺm iudiciū eſtimatiuuꝫ
medici. ¶ Scȏa cõditio eſt ꝙ non ſit ſtomachus frigi/
dus aut epar: ⁊ hoc eſt verū tā de frigiditate naturali
q̄ꝫ de accidētali ſiue cū materia ſiue ſine mā: ⁊ ita intel/
ligi debet de alijs mēbꝛis: que per potuꝫ aque frigide
opponunt̄. naꝫ exhibita aqua frigida augebit̄ mala cõ
plexio: ⁊ multo maius fiet nocumētū in mēbꝛi oꝑatio/
ne. ¶ Et nota ꝙ ēt cõtingit vnā partē ſtomachi eē ca/
lidā: puta fundū: ⁊ aliā frigidā: vel ſaltē nō calidā: pu/
ta meri: ⁊ ſic ledet̄ vnius operatio ex potu aque fr̄ide:
vt ſumit̄ ex Gal. 7. terapē. loco ſtatim allegato de illo
hoīe quadragenario qui ex potu aque frigide ſanatus
eſt a mala complexione calida ventris: ⁊ ceſſauit ſitis.
ſꝫ pꝛohibita eſt deglutitio: ita vt tandem moꝛtuus ſit.
¶ Tertia conditio ꝓhibēs dationem aque frigide eſt
apa in viſceribꝰ. ſ. ſtomacho inteſtinis epate ſplene ⁊
ſimilibꝰ. Ubi nota pꝛimo ꝙ apoſtematibꝰ exiſtentibus
frigidis res eſt clara: qꝛ per aquā frigidā incrudat̄ hu/
moꝛ ⁊ ꝓhibet̄ reſudatio: que in talibus apatibꝰ ē quaſi
continua ꝓpter ingroſſationē factā ab aqua ⁊ conſtri/
cto membꝛo ſi ſit ſenſibile auget̄ doloꝛ. de apoſtemati
bus vero calidis ſi ſint ſanguinea: aut mixta timet̄ etiā
ex potu aque frigide ingroſſatio materiei ⁊ incrudatio
⁊ conſtrictio poꝛorū ⁊ doloꝛis augmentatio ⁊ pꝛohibi
tio reſudationis: ⁊ ſimil̄r in apatibus mixtis cū colera
⁊ flegmate: vel cū colera ⁊ ſanguine: ⁊ in pura heriſipi
la inquātum eſt apoſtema: in quo eſt reſudatio ⁊ doloꝛ
⁊ reſolutio aqua frigida facit nocumētū: lꝫ qn̄q̄ꝫ ꝓpter
flāme vehementiā dari opoꝛteat aquā frigidam dixit:
heriſipilas vero qȏ demum certiſſimum eſt nullo mo/
do alio ſanabis q̄ꝫ cum aqua frigida. Apoſtema ergo
pꝛo quāto eſt tumoꝛ pꝛeter naturaꝫ ex materia ībibēte
membꝛi poꝛoſitates indicat pꝛohibitionē aque frigide
licet multotiens flāma materiei foꝛtius indicet contra
rium vt in certa. i. pura heriſipila. ¶ Quarta conditio
indicās non dari aquā frigidā eſt doloꝛ in viſceribus.
Ubi nota ꝙ Gent. dicit huius cām eſſe: qꝛ doloꝛ ponit
membꝛū dolens valde paſſibile ⁊ receptibile impꝛeſ/
ſionis ab aqua frigida: ⁊ ideo valde leſibile: ſed nō dat
modū: quo mēbꝛum dolēs ponit facile paſſibile ab aq̄
frigida. Marſilius aūt dicit: ꝙ ſi doloꝛ eſt ꝓpter ſolutā
continuitatē: facile patit̄ membꝛuꝫ ab aqua frigida: qꝛ
frigidum vlceribus moꝛdax. ſi vero doloꝛ ſit a materia
apoſtemate in eo erit ſolutio cõtinuitatis: ⁊ ſi fuerit a
frigiditate aqua frigida doloꝛē augmētat augmētādo
cauſam. ſi aūt ſit a caliditate: qꝛ illa cum ſit: doloꝛē red
dit membꝛum laſſum: ⁊ ideo multum paſſibile: ⁊ quia
multum de ſpiritu coꝛrūpitur ab aqua frigida. ideo ēt
leditur ab ea. Cõſidera tamē ꝙ in cõbuſtione ignis cõ
uenit infuſio membꝛi vehementer dolētis in aqua fri/
gida: ⁊ ego in filio meo Ludouico pꝛobaui cuꝫ ambos
pedes in ignem miſiſſet vſq̄ꝫ ad medium cruris: ꝙ nul
lum remedium mitigabat acerbiſſimum doloꝛem niſi
retentio peduꝫ ⁊ cruris in aqua frigida per tres dies:
quia opoꝛtebat ſepe īmutari vt frigida eſſet: aliter non
mitigabatur: ideo puto ꝙ quia non eſt veriſimile cum
tanta flāma quanta eſt ex igne cauſari doloꝛem in inte
rioꝛibus: ⁊ quando eſt doloꝛ non indigens tanta extin
ctione: ſicut in combuſtione ignis fit magnuꝫ nocumē
tum per cauſas dictas adminiſtrando aquā frigidam:
⁊ ideo doloꝛ in viſceribus indicat non adminiſtrari:
ſed tamen cum doloꝛe poteſt coniungi caliditas tanta
ꝙ opoꝛtet eam dari non obſtantibus nocumentis. Et
ideo Galenus. 10. terapentice numerando nocumen/
ta aque frigide dicit ꝙ pꝛohibet ſubtiliari humoꝛes fa
cientes heriſipilam: ⁊ tamē poſtea dicit ꝙ heriſipilas
nullo alio ſanabis q̄ꝫ cum aqua frigida. ¶ Quinta cõ/
ditio indicans non dari aquam frigidam eſt ꝙ com/
plexio debentis capere ſit pauci ſanguinis. Ubi no/
ta ꝙ caloꝛ innatus non ſolum reſiſtit inquantum ca/

Aq̄ fri. in cõbuſtiōe ign]ad do loꝛē remit teñ. opti/ mū reme/ diū exptū in eiꝰ filio.

UVA. BHSC. IyR_044_2

loꝛ remittentibus ipſum circa debitum gradum: ſꝫ inquātū ab aīa ⁊ virtute viuētis cōſeruat̃: mō ſanguis ē vnū de inſtrumētis: quibꝰ mediātibus mēbꝛa principalia conſeruāt caliditatē alioꝝ mēbꝛoꝝ ⁊ ēt propꝛiā: cū ergo homo hꝫ paucū ſanguinē ēt ſi haberet tm̄ de gradu caloꝛis: quo ad mēbꝛa minus reſiſtūt infrigidationi vltra modū ſui tēperamēti qꝫ ſi ſanguinē bonū haberet ſatis. Et iō aqua frigida pōt talia coꝛpa magis ledere. Scōo nota ꝙ hec paucitas ſanguis intelligit̃ ſiue ſit ꝑꝫ naturā talis hominis ſiue pp etatē ſiue pp eūationē vel aliam cām p̄ter naturā. Dicit̃ aūt cōplexio pauci ſanguinis quecūqꝫ ſit illa ſiue calida ſiue frigida pauco ſanguini cōiuncta reſpectu ſanguis tēperati. Et opꝫ ſcire ꝙ ſicut eſt paucitas maioꝛ: ita eſt indicatio merito iſtiꝰ foꝛtioꝛ. Et hec eſt vna de cauſis quare in coꝛpoꝛe ſicce ꝯpꝛonis pari exn̄te caloꝛe minus ꝯcedit̃ de aqua frīda. vt vult Gal. 7. terapē. loco allegato. Sexta cōditio eſt ꝙ ſit caliditas īnata debilis: ⁊ eſt iſta cōditio cōioꝛ immediate p̄cedēte: qꝛ oīs cōplexio pauci ſanguinis hꝫ īnatam caliditatē debilē: ſed nō ecōtra. pōt. n. īnata caliditas eē debilis ex ꝺ̇fectu ſpirituū: lꝫ quātitas ſanguinis nō eſſet pauca: ⁊ ex malitia ſanguinis: lꝫ in quāto non peccaret ſpecial̃r ⁊ ex raritate totius coꝛpoꝛis vel ſubſtātia coꝛdis vel alioꝛū mēbꝛoꝛū nobiliū: vel pp modū mixtionis vel pp occultā propꝛietatē vel celeſtē influxū: ⁊ iſta nō cognoſcunt̃ a medico niſi p experiētiaꝫ in coꝛpoꝛe illo: ſicut infra dicet̃: ꝙ quedā coꝛpoꝛa carnoſa diſſoluunt̃ ex ieiunio cito. Et tūc pꝫ veritas huiꝰ ꝯditionis: qꝛ talis caliditas parū reſiſtit aque frigide. ¶ Septīa cōditio: qꝫ hō ſit incōſuetus potui aque frigide. Et rō eſt: qꝛ īpꝛeſſio inconſueta eſt magis virtuti hoꝛꝛibilis. vnde occurrēte aqua frīda mēbꝛis incōſuetis ꝯtrahunt̃ ſi ſint neruoſa. Et ſpūs multus ad coꝛ reuocat̃. vnde multotiēs ſequit̃ ſpaſmus: aut ſingultus q eſt motus ſtomachi ꝑpoꝛtiōalis ſpaſmo. vbi aūt talis ſenſatio ⁊ occurſus eēt incōſuetus non eſſet ita hoꝛꝛibilis. Itē p aſſuefactionē ad talia acqrūt mēbꝛa virtutem reſiſtēdi eis. vt dicit̃ in cōmento affo. Ex multo tēpoꝛe conſueta. Et iō minus incōſuetudo bibēdi aquā frigidā eſt indicās de non dādo. dꝛ aūt ꝙ in ethiopia ⁊ in regionibꝰ illis extreme calidis non potāt aquā frigidā. Et hoc dicit Gētilis habuiſſe ab vno ſuo ſcholare qui ibi fuit: ⁊ dicebat eos putare ſe debere ſpaſmari ſi potarēt eam. ¶ Octaua ⁊ vltima cōditio eſt ꝙ ſit extenuatus: ⁊ cā eſt clara. nā iſti hn̄t partes neruoſas diſcooptas: q̄ facile a frīditate aque ꝑcutiunt̃: ⁊ cū lꝫ hn̄t paucū de carne: que eſt mēbꝝ calidū reſiſtēs īpꝛeſſioni aque frigide. Nota vltimo quo ad has conditiones ꝙ nō ſolū iſte indicāt non dari aquā frigidam: ſꝫ ſunt aut principalioꝛes: aut p quas alie dant̃ intelligi: ⁊ tu vidiſti ſupꝛa in qōne multas alias poſitas a Gal. ⁊ ab Hippo. in diuerſis locis. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Ubi autē materia calida aut groſſa iaꝫ digeſta eſt ⁊ coꝛpus eſt carnoſum / ⁊ caliditas innata exuberans / ⁊ virtus eſt foꝛtis / ⁊ viſcera ſana non frigida eoꝛum complexio radicalis non inſueta aque frigide: īmo aſſueta aque frigide valde. tūc aqua frigida eſt melioꝛ res.

¶ Narrat cōditiones indicātes dari aquā frigidā: aut cōſentientes. Et diuidit̃ in duas partes. pꝛīo facit qō dictū eſt. ſcōo narrat effectus bonos ꝯn̄tes talē potuꝫ: ⁊ eſt quaſi pꝛobatio conditionū dictarū ibi ſcōa. (Multotiēs enim.) ¶ Dicit pꝛimo ꝙ materia eſt calida aut groſſa iam digeſta: ⁊ ſunt due conditiones. tertia ē coꝛpus carnoſum. quarta eſt caliditas īnata exuberans. quinta eſt foꝛtitudo virtutis. ſexta eſt ſanitas viſceruꝫ: qꝛ. ſ. careant apoſtemate ⁊ doloꝛe. ſeptima ꝙ cōplexio viſcerū non ſit frigida radicaliter. octaua ⁊ vltima ꝙ ſit valde conſuetus potui aque frigide. Cū his. n. cōditionibus in febꝛem dicit ꝙ aqua frigida eſt melioꝛ res. ¶ Circa quā partē conſidera pꝛīo ꝙ Aui. ſuperius in principio cañ. dixit ꝙ mā ſubtilis indiget ingroſſatiōe vt digeratur: ⁊ ꝙ aqua frigida faciat illud: ex quo dedit intelligi ꝙ in materia ſubtili calida cōuenit potus aque frigide ēt ante digeſtionē vt eſt dictū ſupꝛa in qōne: ſꝫ in mā groſſa nō ꝯuenit niſi poſt digōnē ēt ſi ſit calida merito groſſitiei: ⁊ iō puto ꝙ Aui. hic p mām calidā intelligit calidā ſubtilē: ⁊ lꝫ dat intelligi ſtatim ſubiūgēdo groſſum. ¶ Pꝛīa ḡ conditio eſt mā cal'a ſubtilis ſiue digeſta ſiue nō: qꝛ ī nō digeſta aqua frīda digerit. ¶ Scōa v̊o ꝯditio eſt mā iterū: ſed groſſa ⁊ digeſta non ꝯuenit ante digōnē merito iſtius: ⁊ hāc ſn̄iaꝫ abſolute vult Gē. ⁊ puto ꝙ ſit bona. Qꝛ ſi querat̃ cuiuſmodi eſt iſta materia groſſa iam digeſta: dꝛ ꝙ pōt eſſe colera groſſa ⁊ pōt eē ſanguis ī cuius febꝛe expectat̃ digeſtio in dādo in potu aquā frigidā. de febꝛibꝰ aūt in quibus eſt mā frigida non vident̃ nr̄i doctoꝛes ꝙ ita cōcedāt aquā frigidā. Nā aqua ꝯcedit̃ in febꝛibus: in quibus eſt foꝛtis flāma ꝙ nō ſit a materia frigida. Putādum tn̄ eſt ꝙ ſi eſſet mā mixta ⁊ haberet febꝛiens inflāmationē foꝛtē: ⁊ ſciremus ꝙ tota eēt complete digeſta ꝙ daret̃ aqua frigida ſi eēnt conditiones hic poſite: ſꝫ qn̄ mā eſt frigida: partim qꝛ non ſcitur ꝙ tota ſit ꝯplete digeſta: partim pp oppilatiōes: que ſunt cuꝫ eis nō damus aquam frigidam merito māei.

¶ Scōo no. ꝙ alie ſex ꝯditiones poſite ſunt ꝯſentientes nō indicātes qō det̃. Nō. n. opꝫ ſi coꝛpus eſt carnoſuꝫ ꝙ demus ei aquā frigidā: ſꝫ merito carnoſitatis bn̄ tolerat. Et ſic dicat̃ de aliȷs ꝯditiōibꝰ hic poſitis.

¶ Tertio no. ꝙ ad dādū aquā frigidā iſte ſex oēs debēt ꝯuenire aut ſaltē tam multe ꝙ ſupet oppoſitū indicātes: multotiēs. n. vna de iſtis deficiēs ſufficit ꝑhibere ab aque frigide datione. Sed rn̄dēdo particul̃r ad ꝯditiones p coꝛpus carnoſum pōt intelligi oē nō extenuatū p carnis tempatū hoc mō diceret̃ carnoſuꝫ: ſed illud qō eſt medie habitudinis qō puto verum: aliq tamen volunt ꝙ abundantia carnis reſpectu tēperati eſt de qua nunc loqtur: ſed per caliditateꝫ innatā exuberantem poſſumus intelligere coꝛpus hn̄s multum de ſanguine ⁊ ſpū: in quibus multum abundat innata caliditas: ⁊ iſta ꝯditio opponeret̃ ꝯditōi pauci ſanguis ⁊ caliditati īnate debili: per ſpūum pꝛiuationē. Uel exuberātē caliditatē innatā ītelligimus oēm foꝛtē ad reſiſtēdū: per modos oppoſitos modis debilitatis ſupꝛapoſitis. Sed per virtutē foꝛtē poſſumus intelligere ꝙ ſit virtus pꝛincipaliū mēbꝛoꝛū foꝛtis: aut ꝙ mēbꝛa ſint bene cōpacta: aut ꝙ ſit exuberans caliditas īnata: ⁊ pēdet a foꝛti virtute tā merito aſpectuū qꝫ merito ꝑpꝛietatum cōiunctarū. Per viſcera ſana intelligimus ꝙ nō ſint dolentia: nec apoſtemata: ⁊ eſt oppoſitū duarū cōditionū ſupꝛapoſitarū. Et ꝙ nō ſit frigida eoꝛū cōplexio radicalis. ſ. viſcerum: maxime ſtomachi: ⁊ epis ⁊ īteſtinoꝛum ⁊ alioꝛuꝫ: que offendunt̃ ab aqua frigida: ītelligit̃ de cōplexione naturali: ⁊ eſt oppoſituꝫ conditionis ſupꝛapoſite ꝙ eſſent frigida indicando nō dari. De cōſuetudine ſatis pꝫ ꝙ reddit coꝛpus minus offenſum ⁊ leſum ab equali alteratione. ⁊ foꝛte etiaꝫ minus alterabile: ⁊ oēs iſte cōditiones verificant̃ p oppoſitarū verificationē in ꝑhibēdo. Multe aūt ſunt alie vt dixi in qōne: ſed iſte ſunt pꝛincipales: ⁊ per quas dantur alie intelligi: ſicut carentia oppilationis ꝙ caliditas nō retrahat̃ ⁊ ſuffocet̃ per aliqō accidens: ꝙ nō ſit cōiuncta humoꝛū putredo nō ſubtilium: ⁊ ſic de multis talibus: de quibus intelligis per dicta in qōne.

¶ Multotiēs eniꝫ adiuuat ad expellenduꝫ materiam cum ſolutione nature: aut per vomitum: aut p vrinā: aut per ſudoꝛem: aut per omnia illa. quare fit ſtatim vt ſanetur.

¶ Narrat

UVA. BHSC. IyR_044_2

¶ Narrat hic vtilitates: que ſequunt̄ ad potū aque frigide cū circūſtātijs dictis: ⁊ eſt quaſi ꝓbatio dicti ꝓcedentis: ⁊ dicit ꝙ multotiēs ꝑ talē potum iuuat̄ natura ad expellēdū materias per fluxū ventris ⁊ multotiens per vomitū: qn̄qꝫ ꝑ vrinam: qn̄qꝫ per ſudorē: aut ꝑ oīa iſta loca: aut ſupple per aliqua eorū: ⁊ hec expulſio eſt cā̄ vt ſtatim ſanet̄. ſi ergo volumus ad ꝓpoſitum deducere: arguitur ſic. illa eſt melior res infirmo patienti febrem per quā̄ fit vt ſtatim ſanetur: ſed aqua frigida potata eſt huiuſmodi dicto. igit̄ ipſa eſt melior res: qꝛ tn̄ dicit ꝙ hoc fit multotiens: ratio nō probat niſi ꝙ vt in pluribꝰ: ⁊ hoc ſufficit medico: cā̄ aūt quare Aui. non dicit ſemper: eſt particulares conditiones corporū: ꝑꝑ quas non ſemꝑ talis effectus ſequitur.

¶ Cōſidera ergo ꝙ multotiēs materia ē digeſta ⁊ virtus non ſufficit ipſam expellere ſine adiutorio: ⁊ adiutoria ſunt diuerſorū modoꝝ: aqua v̄o frigida extiguēdo febrilē calorē tēperat cōplexionē mēbrorū. vnde cōfortat̄: qꝛ virtus ſequit̄ tēperamētū cōplexionis. Relaxata ēt mēbra ⁊ rarefacta nimietate caloris cōſtringūt ⁊ exprimūt materias ībibitas. ¶ Hic tamē q̄rit̄. Que māe ſunt iſte: que his quattuor modis euacuant̄? reſpōdet̄ ꝙ de tribꝰ humoribꝰ. ſ. flegmate: colera: melancolia: cōſtat ꝙ ꝑ loca dicta euā̄ri poſſunt. Et in febre a colera ⁊ flegmate pendente vel colera ſola ambo humores vel vnus per has vias euā̄re poterūt: ⁊ cognoſcūtur colore ſuo. Et in feb. ſanguinis contingit primo ꝙ ſanguis in iſtos humores cōuertat̄ ⁊ expellatur ꝑ hos modos ⁊ ſequit̄ ſanitas: ſtat ēt ꝑ hos modos. ſ. ſol'one: vomitu: vrina: ſudore expellat̄ ſanguis vl'r. nam ꝙ per fluxum ventris colligi poteſt. 14. tertij. capitulo de humiditatibus. quibus accidit vt egrediat̄ cā̄ epatis: ⁊ ꝙ per vomitū intelligit̄. 13. tertij. capl'o de vomitu ſanguinis: ⁊ ꝙ per vrinā colligi pōt. 19. ⁊. 18. tertij. ſed ꝙ ꝑ ſudorē non memini me legiſſe in medicina. ſ. ꝙ vtiliter: pōt tn̄ inui ex dictis Ariſto. in tertio de partibꝰ animaliū: videt̄ tn̄ rōnabilius ꝙ ſanguis euacuat̄ ꝑ fluxū ex naribus: aut emorroydas: aut menſtrua: quos modos forte vt notiores tacuit Auicē.

¶ Ulterius nota ꝙ iuxta ſn̄iaꝫ Gal. 9. terapē. nō ſolū in expellēdo incōueniēs naturā iuuari ꝑ potū aque frigide: ſed in attrahēdo cōueniēs ⁊ ſeparādo ipm̄ ab incōueniēti: ita ꝙ ſequat̄ mali expulſio ⁊ bōi nutritiui ad mēbra ſolida attractio. dicit eniꝫ ita ad l̄raꝫ. Natura. n. ſolidarū animalis particularis roborata humoribꝰ qui ſunt preſubtiliati opponit̄ vt quicūqꝫ q̄dē ſuaues ⁊ nutrire ſufficiētes: hos q̄dē attrahat ad eas. Inutiles vero abijciat: aut ꝑ cutē: aut per ventrem ⁊c̄.

¶ Et quā̄doqꝫ dat in potu medicus de aqua frigida infirmo quā̄titatem plurimam adeo donec color eius fiat viridis ⁊ tremat: que ſit ſaltē perueniens vſqꝫ ad eminā vnā ⁊ dimidiam: ⁊ fortaſſe conuertitur febris ad flegmaticam: ⁊ fortaſſe confortat̄ natura ⁊ expellit materiā cum ſudore ⁊ vrina ⁊ fluxu vētris: ⁊ eſt ſanitas.

¶ In iſta parte ſuperius diuiſa narrat quā̄titatē quaꝫ dat aliqn̄ medicus de aqua frigida ⁊ illius effectus dicēs ꝙ qn̄qꝫ medicus dat infirmo quā̄titatē plurimā de aqua frigida adeo donec permutet̄ color eius ⁊ fiat viridis ⁊ tremat. Et iſta quā̄titas qn̄qꝫ aſcēdit ſaltem ad eminā vnā ⁊ ſemis. Et ſubdit ꝙ ꝑ hunc potū: qn̄qꝫ febris conuertit̄ ad flegmaticā ⁊ fortaſſe confortatur natura ⁊ expellit materiā ⁊ fit ſanitas.

¶ Primo circa hāc partē nota: ꝙ qn̄qꝫ oēs cōditiōes conſentiunt potui aque frigide: ita ꝙ nō putat̄ futurū nocumētum merito diſpōnū corporis in illo potu: niſi forte erret̄ ī quā̄titate. Et in h̄ caſu dat̄ multa quā̄titas ſꝫ qꝛ taliū hoīuꝫ diſpōnes nō ſunt oīno ſil'es. idō nō ꝑt ꝑ certā menſurā limitari q̄ꝫtitas aque frigide: que dari dꝫ: ſed ꝑ aliud limitatur: ⁊ Gale. 9. terapenti. loco allegato limitauit ſꝫ appetitū infirmi. nā vl' appetere q̄ꝫtum opꝫ ad extinguēdū. vn̄ ita dicit. nā paruo aut nullo ex eo fiente nocumēto dare eā bibere ſincerā frigidā q̄ꝫtūcunqꝫ laborās voluerit adhuc magis ꝯfidens ſi frigide potatorū fuerit. Aui. aūt determiat ꝑ accn̄tia ſuꝑuenientia q̄ ſunt color viridis ⁊ tremor. Intelligēdo ꝑ colorē viridē liuidū vl' pallidū: q̄ ſequūt̄ īfrigidato corpore multū: aut ꝑ retractionē ſpūs ⁊ ſanguis ad interiora: aut ꝑ eorū alterationē ab aq̄: aut ꝑ vtrūqꝫ moduꝫ. Et ꝑ tremorē ītelligēdo rigorē q̄ accidit ex cōmotione ꝓtiū ſtomachi ⁊ alioꝝ neruoſoꝝ mēbrorū: que nitunt̄ expellere ⁊ excutere a ſe cāꝫ infrigidātē ſubito. Et vt dixi talis mēſura nō eſt danda oībus q̄bus dꝫ dari aq̄ frigida. Sꝫ his in q̄bꝰ calor īdicans ē fortis valde ⁊ ꝯditiōes alie nō īueniunt̄ ꝯdicētes: aut ſi ꝯdicūt paꝝē.

¶ Nota ſcd̄o ꝙ emina eſt nomē īportās in varijs locis varias mēſuras. vn̄ ſm̄ Alexādrū capl'o de diffinitiua: ꝯꝓhendit̄ ꝙ eſt cyati. ix. q̄ ſunt vncie. xiij. ſ. Et ſm̄ Iſidorum eſt libra. Scd̄ꝫ vero Aui. eſt. 40. ſextaria: dūmō ſextariū ſit. 20. ꝑs libre. ita ꝙ eſt hoc mō libra eiꝰ. italica aūt ⁊ egyptia emina ponit̄ vncie. xvj. Ita ꝙ capiendo ſꝫ modū Auic. ⁊ Serapionis eēt emina ⁊. ſ. lib. iij. ſm̄ grecos ſiue romana q̄d eſt idem lib. ij. ſm̄ Iſidoruꝫ lib. j. ⁊. ſ. ſed nō opꝫ hic laborare: qꝛ ꝑ ſigna cognoſcit̄ qn̄ eſt ſatis. Et ſi dicat̄ qn̄ ſunt fortia: que indicāt dari aquā frigidā: ita ꝙ dare volumꝰ: ſed iterū ſunt fortia: indicantia oppoſitū q̄ꝫtū debemꝰ dare. Rn̄det̄ ꝙ hoc nō pōt limitari niſi ſꝫ diſcretionē pn̄tis medici q̄ ſit doctꝰ vniuerſalibus ⁊ expertus in particularibꝰ. Et ita vult Gal. locis. ſ̈. in q̄ōne allegatis. ¶ Sed tunc reſtat dubium q̄uo febres: in q̄bus indigemꝰ datione multe aq̄ frigide ꝯuertunt̄ ad flāticas. vl'. n. ꝙ hoc ſit īpoſſibile: qꝛ iſte febres aut ſunt colerice: aut ſanguīee: mō nec colera: nec ſanguis pōt ꝑ īfrigidationē ꝯuerti in flegma. Et qꝛ coctū nō pōt incrudari: ⁊ trāſiens terminū decoctionis nō pōt ad terminū redire: vt dicit Auer. 3. colliget. Ad hoc dubiū rn̄det Marſil. tribus modis. primus ꝙ ſanguis ꝑ multā infrigidationē ⁊ humectationem pōt cōuerti in flegma: nō obſtante ꝙ res trāſiens terminū decoctiōis nō poſſit ad terminū redire: vt dic̄ Auer. 3. colliget. capl'o de modo gn̄ationis tertiane. Sed mihi videtur ꝙ h̄ rn̄ſio nō eſt vera. naꝫ cā̄ quare tranſiens terminuꝫ decoctionis nō pōt incrudari vſqꝫ ad terminū nō eſt alia q̄ꝫ in toto genere ꝙ coctum non pōt incrudari. Et pōt colligi ex his: que dixi. ſ̈. in queſtione de digeſtione: ⁊ ſuꝑ prima affo. affo. 22. ¶ Preterea. Uidemus ꝙ infrigidatio pura ⁊ humectatio ꝑ extrinſecū occurens congelat ſanguinē ⁊ nō facit ipm̄ albū vt flegma: nec natura venaruꝫ aget ad flegmatis gn̄ationeꝫ q̄d hꝫ ꝯpl'onem: que nō fit niſi a calore digerente vt. ſ̈. habitū eſt. melius eſt ergo dicere ꝙ in maſſa ſanguinea eſt flegma q̄d per taleꝫ infrigidationē fit ineptū ⁊ preter naturaꝫ: ⁊ poſtea putrefit cum ſit clauſus in calido loco. pars autē ſanguīea extinguit̄: ita vt nō āplius febrē faciat aut rectificet̄. ¶ Gētilis aūt imaginat̄ ꝙ ſi ſit ſanguinea: ſanguis vehemēter infrigidat̄ ⁊ flegma fit multū q̄d eſt ꝓter nāꝫ ꝑꝑ infrigidationeꝫ: ⁊ poſtea fit febris ex ſanguīe flegmatico. i. cui multū putrentis fl'atis eſt admixtū: ita vt dici poſſit flegmatica.

FINIS

¶ Preclariſſimi doc. Ugonis ſenenſis in primam fen quarti can̄. Aui. acutiſſima interꝓtatio: nouiter caſtigata: ac varijs floſculis in margīe poſitis illuſtrata: Papieqꝫ ſumma cum diligentia impreſſa per Iacob de Burgofrāco: Anno virginei partus. 1517. die. 22. Septembris.

Quid emina.

UVA. BHSC. IyR_044_2

# Tabula

¶ Tabula Capitulorum ac q̄ōnum famoſiſſimi Ugonis Seneſis ĩ quarti cañ. Aui. Fen p̄ria feliciter ĩcipit.


¶ De diffõne febris ⁊ eius diuiſione. Cap. I.

Utrum febris ſit in ſuperabundantia caliditatis. queſtio. I.
Utrū febris ſit ſolū calor additus ſuper naturalē vel aggregatum ⁊c. qõ. 2.
Utrum cor ſit primum ſubiectum febris. qõ. 3.
Utrum in feb. ſit neceſſarium vnāquāq̄ʒ corporis operationem ledi. qõ. 4.
Utrum omnis febris: que eſt in membris alijs a corde deferatᷣ mediante ſpiritu ⁊ ſanguine. qõ. 5.
Utrum in oĩ febre ſit neceſſariū aliquid cordi intrinſecum poni in calefacto eſſe. qõ. 6.
Utrū febris ſit morbꝰ ꝯpoſitꝰ ex calido ⁊ ſicco. qõ. 7.
¶ De preparatis ad febres. cap. 2.
¶ De horis febrium. cap. 3.
Utrū q̄libet morbus hēat quattuor tēpora. qõ. I.
Utrum poſt apparitionem ſignorū digeſtionis ſit poſſibile egrum mori in illo morbo. qõ. 2.
Utrum contingat mori egrum in declinatione vi morbi cuius eſt declinatio. qõ. 3.
Utrum in ſtatu materia ſit ex toto digeſta ⁊ non vlterius digeratur. qõ. 4.
¶ De cognitione horaꝝ egritudinis. cap. 4.
Utrū egritudines habētes paroxyſmos breuiores ſint breuiores ⁊c. qõ. I.
Utrū febris putrida ⁊ ꝓꝑe ſalubris ſit maior ĩ ſtatu q̄ʒ in augmēto: ⁊ maior ĩ augmēto q̄ʒ in ꝑncipio. qõ. 2.
Utrū qñ humor in venis eſt ꝑfecte digeſtus digõne in nocitiuo ſit actu hñs putrefactionē. qõ. 3.
¶ De cauſis effimere. cap. 5.
Utrū feb. effimera habeat cām primitiuā. qõ. I.
Utrū ſpiritus poſſit putrefieri. qõ. 2.
Utrū effimera poſſit cõplicari cū putrida. qõ. 3.
Utrum effimera ſit difficilis cognitionis ⁊ facilis curationis. qõ. 4.
Utrum ethica ſit difficilis cognitionis ⁊ facilis curationis. qõ. 5.
¶ De ſignis effimerarū in generali. cap. 6.
¶ De ꝑmutatiõe effimere ad alias febres. cap. 7.
¶ De ſignis ꝑmutationis effimere. cap. 8.
¶ De curatiõe gnāli febriū effimeraꝝ. cap. 9.

**Tractatus** ſcd̃s ⁊ eſt ſermo vniuerſalis de febribus putridis.

¶ De cauſis ⁊ diuerſitate putredinis in febribꝰ. cap. I.
Utrum cum omni putredine ſit coniuncta oppilatio ⁊ ꝓhibita tranſpiratio. qõ. I.
Utrū ad aſſignādas cās ꝑiodicatõis ſit opportunū ponere in humoribus ꝓprietatē occultaʒ ⁊c. qõ. 2.
Utrū ſit poſſibile ſanguinē putrefieri ex̄ venas. qõ. 3.
¶ De ſignis vniuerſalibus febris putride. cap. 2.
Utrum in omni febre humorali ⁊ ſolum in tali febre ſit in pulſu ſiſtole velox. qõ. I.
Utrum ſemper in principio febrium putridarū ſint pulſationes veloces aut magne. qõ. 2.
¶ De ſignis febris inſeparabilis. cap. 3.
¶ De rebus in quibuſdā quarum differunt feb. putredinis ⁊ cõmunicant in quibuſdam. cap. 4.
Utrū tertiana pura ſit breuis reſpectu nõ pure. qõ. I.
Utrū feb. de ſolo flegmate ſit longior q̄ʒ febris de flegmate permixto colere. qõ. 2.
¶ De ſignificationibꝰ accidentium febrium. cap. 5.
¶ De rigore frigore horripilatiõe ⁊ fricatiõe. cap. 6.
Utrū cā rigoris ſit fortitudo virtutis expulſiue. qõ. I.
Utrum ab humoribus ⁊ viſcoſioribus fiat rigor vehementior. q. 2.
Utrum in omni rigore ſit infrigidatio. qõ. 3.
Utrum ſanguis rediens ad interiora in rigore moueatur a ſe vel a virtute cordis. qõ. 4.
Utrū ĩ febre debeamꝰ facere capitis abraſionē. qõ. 5.
¶ De intentione ad curationes vniuerſales febriū putridarum. Cap. 7.
Utrū prior ſit intētio ad feb. vel ad cāʒ: ⁊ vtrū cuʒ his: que apponunᷣ febri vel cāe ſit incipiendū. qõ. I.
Utrū digõ debeaᷣ cāe ꝯiūcte vel añcedēti feb. qõ. 2.
Utrū oĩs digeſtio ingroſſando procedat. qõ. 3.
Utrū fořa ſubālis mixti debeat dici digeſtio. qõ. 4.
Utrū ſicut ꝯplexio media in humido ⁊ ſicco ē digõ: ita ꝯplxo media ĩ caľitate ⁊ frīditate ſit digõ. qõ. 5.
Utrum aliqua talis temperantia inter qualitates primas ſit digeſtio. qõ. 6.
Utrū cõtingat aliq̄d eē alio magis digeſtū. qõ. 7.
Utrū cuiuſlibet mixti gnātio ſit per digõnē. qõ. 8.
Utrū cõtingat aliq̄d eſſe ſuperflue digeſtū. qõ. 9.
Utrū aliq̄d mixtum in ſua ſpē optimū ⁊ temperatiſſimum ſit diminute digeſtum. qõ. 10.
Utrū coctū vel digeſtum poſſit incrudari. qõ. 11.
Utrum ſemꝑ quādo calor nālis agit vt opʒ ad generationē mixti ꝑ ipſum intenti ex alio mixto ſit dicenduʒ illud calidum digerere. qõ. 12.
Utꝝ calor nālis digerēs pro forma mixti inducēda ⁊c. poſtq̄ʒ in ꝑte māe induxit ꝯplexionē ꝓpriā illi mixto poſſit illi parti aliā materiā cõmiſcere. qõ. 13.
Utrum diffinitio digeſtionis data ab Ariſto. cõueniat omni digeſtioni. qõ. 14.
Utrū digõ faciat ceſſare putredinē vľiter. qõ. 15.
Utrum omnis indigeſtio ſit aut propter humidi abundantiam: aut calidi defectum. qõ. 16.
Utrum vtplurimum digeſtiuum materierū febriū putridarum ſit calidum. qõ. 17.
Utrum euacuatiuum materierū febrium putridarum vtplurimum ſit calidum. qõ. 18.
Utrū oēs fructus febricitātibꝰ noceant. qõ. 19.
Utꝝ ſyrupꝰ acetoſus ꝯueniat in oĩ mā febris. qõ. 20.
Utꝝ zuccaꝝ roſatū ꝯuēiat ĩ ꝑncipio putridaꝝ. qõ. 21.
Utrū debeamꝰ euāre aliq̄d ĩ die ꝑoxyſmi. qõ. 22.
Utrū in q̄libet feb. humorali cõpetat flõmia. qõ. 23.
Utrū medicus habeat euacuare materiā propriam febris in principio iuxta canones ⁊c. qõ. 24.
Utrum ſomnus in principio febrium particulari proprie cum rigore ⁊c. qõ. 25.
Utrū in febribꝰ humoralibꝰ vbi non eſt humor groſſus ⁊ crudus competat aqua frigida. qõ. 26.


¶ Regiſtrum huius operis.

a b c d e f g h i k l m n o p Omnes ſunt terni preter m n qui ſunt duerni.

UVA. BHSC. IyR_044_2

¶ Subtiliſſima queſtio de modo augmentatiõis ſm̃
clariſſimum doctorem Ugonem ſenenſem.

**Queritur** Utrũ in vero augmento
q̃libet ps corporis qđ au
getur augeat̃? ¶ Et negatiue arguit̃. Nul
la ps eius qđ auget̃: auget̃. ergo nõ q̃libȝ.
argumentum pȝ: qꝛ ps materiei p̃exigens
ante aduentum noue materie non augetur: ⁊ pars ad
dita non augetur: ⁊ pars cõpoſita ex preexiſtente ⁊
addita ñ auget̃. ergo nulla: pͣma ps pȝ: qꝛ talis ps mãe
p̃exiſtẽs nõ fit maior: ĩmo potiꝰ minor: cũ fiat dẽſior ⁊
terreſtrior. ſcđa ps pȝ: qꝛ ps adueniẽs nõ ẽ viuẽs ĩ tpe
ĩ quo aduenit vł acq̃rit̃. ergo pro tunc nõ auget̃: tenet
ꝯñа: cũ nihil auget̃ niſi viuẽs: ⁊ tertiũ pȝ: qꝛ aggregatũ
tale nõ fuit in viuente p tẽpus p qđ fiebat augmentũ.
¶ Scđo: ſi fieret augmentũ cuiuſlibȝ ptis: cũ h̃ nõ fiat
niſi per aduẽtũ nutrimẽti: ſequit̃ q̃ cuilibȝ pti preexi
ſtenti corpis augmentati adderet̃ aliqua ps nutrimẽti.
enim manente ſubſtantia poſſit variari ꝯplexio vt cõſtat ex etate ⁊ regimine ſequit̃ ꝙ ſit accñs nõ ſubſtãtia ꝓprie ſumẽdo ſubſtãtiã ꝑ mã forma vel ꝯpoſito. Pro auctoritatibꝰ nõ. ꝙ ſubſtãtia qñqꝫ ſumit̃ ꝓprie vt dicat̃ ꝑ ſubſtãtia ꝑdicabili vel pte eius eẽntiali: ⁊ hoc modo nõ dñt auctores ꝯplˀonẽ eẽ ſubſtãtiã: ſcdo modo ſumit̃ ſubſtãtia pro eo qđ eſt de eſſentiali rõne alicuius: qualiter dixit Gale. 2. tegni. ꝙ ſigna ſumpta a caliditate ⁊ frigiditate ⁊c. ſunt a ſubſtantia ipſa ſanitatis ſumpta: ⁊ hoc mõ dr̃ ꝯplˀo mixtorũ ſubſtãtia: vt ſtatim dicam. Nota ſcdo ꝙ mixta pñt cõſiderari ſm ꝙ ſunt in mũdo ſubſtãtie abſolute: ⁊ corpa ſcdo vt ſunt mixta ⁊ certarũ operationũ ꝓductiua. ⁊ primo mõ nõ ſunt de cõſideratione medici. ſed ſcdo mõ: vt aũt ꝯprehendunt̃ vt taliũ operũ ſcĩa h̃z intrinſecas ⁊ eẽntialas rõnes cãs huius exprimẽtes ꝓprias includũt in ſua rõne ꝯplˀonẽ: ⁊ iõ hoc modo ꝯplˀo dr̃ mẽbrorꝫ ſubſtãtia. vñ Gal. ꝓ. de vtilitate pticularũ. cap. 9. circa finẽ ſic dixit. Inſunt autem primuꝫ ⁊ maxime cõplexiones. h̃ enim propriam ſubſtãtiã pticularꝫ ꝯplent: qꝛ enim ita equalˀr h̃z de caliditate frigiditate humiditate ⁊ ſiccitate corpus ꝓpterea natura h̃ tale eſt: hoc. n. ſ. carni carnem ⁊ neruo neruum ⁊ aliorũ ſingulũ qđ eſt ꝓpter ꝑdictaruꝫ quattuor qualitatũ curſuꝫ factũ eſt. Et hanc auctoritatẽ allegat Cõci. dĩa. 7. ſub mõ trãſlatiõis Cõci. q in ſnĩa eſt idẽ cũ dicto Conci. Sꝫ ẽt hoc modicũ dixit expõit Cõci. dico ꝙ iſta facta ſunt talia ⁊ hñt caro eẽ carnẽ ⁊ neruꝰ eſſe neruũ ꝑ curſum dictaꝝ qualitatũ q̃ttuor ſm ꝙ iſta ſunt corpa ꝯplˀonata: ⁊ nõ ſm ꝙ ſunt corpa ſimplˀr aut ſuba ſimpliciter: ĩmo ſm ꝙ ſunt taliũ operum factiua: quoꝝ merito hãc dicimus carnẽ ⁊ illuꝫ neruum: aliter eñ nõ eẽnt talia niſi equoce: ⁊ iõ ſubdit Gal. inferẽdo hoc igit̃ eis ſm ſube rõnẽ inſunt. ſ. ꝯplexiões. i. h̃z diffinitionẽ exprimente illoꝝ mẽbrorũ rõneꝫ: vt ſunt talia: ⁊ paulopoſt infert ex dictis. qñ igitur certitudinalˀr examinare voluerit vtilitatẽ oĩuꝫ que inſunt organis: prĩo qdẽ examinet ſm qd actũ acqſiuit: vt plˀm eniꝫ inueniret: qm̃ ſm ꝓpriam ſubam. ꝯſtat igit̃ ꝙ ꝓpriã iſtarum ſubaꝫ vocat illud qđ exprimit̃ vt formale in taliũ corporũ rõne vt ſunt ſuorum operuꝫ effectiua qđ dicit eſſe complexioneꝫ. Nã cum ꝯſtet Gal. credidiſſe aĩam eſſe formã corporis ſubaleꝫ: tñ multotiens dixit ſe dubitare qd ſit aĩa: cum nõ dubitauit qd ſit cõplexio: igitur nõ voluit aſſertiue dicere formã eẽ cõplˀonẽ: loquẽdo de forma vt eſt ps eſſentialis ſube vt eſt ſuba ſimplex qđ de aĩa dubitauerit: vide qnto đ accidẽti. ca. 5. ⁊ in de motibus liqdis. cap. 3. de interioribus. cap. 2. ⁊. 8. de iuuamẽtis. cap. vltimo. Mirãdũ tñ de Cõci. q ex auctẽ Gal. tertio đ ĩteriorıbꝰ cap. 7. dixit exꝑſſe patere Gal. voluiſſe aĩam eſſe aliud a cõplexione. auctoritas aũt eſt iſta ꝙ hũores ⁊ vlˀr curſus corpis alterant actus aĩe: ꝯceſſuꝫ ẽ ab optimis medicis ⁊ phĩs. ⁊ a me ꝑ vnũ monumẽtũ demõſtratũ ẽ ꝑ qđ curſus corpis ſequẽtiĩ demõſtraui aĩe ꝟtutes. Et Truſianꝰ monacꝰ. ſcdo tegni. ꝯ Haly. putat Gal. nõ velle aĩaꝫ eẽ ſubaꝫ: qꝛ dicit nãꝫ de q̃ttuor. ꝓ vt ꝯplˀonẽ. ſcdo vt ꝯpõnẽ. tertio vt ꝟtutẽ. q̃rto vt ꝯſuetudinẽ. Sꝫ đ meo iudicio hãc auctẽ nõ bñ ĩtellexit Cõmẽ. nec libꝝ illũ vidit Gal. ĩ q̃ dixerat ſe monſtrauiſſe h̃: vt pꝫ ex ſerie Cõci. nã ĩ auctẽ nõ vult q̃ ad vltimã ptẽ aliud Gal. niſi ꝙ ꝟtutes aĩe ſequũtur cõplexiones corpis: non tñ ꝙ ꝟtutes aĩe ſint res a ꝯplˀone diſtincte q̃ fiant a cõplˀone. Naꝫ ĩ iſto libro explanat h̃ ꝟba Gal. ꝙ nõ vult aliud ꝑ ea ĩtelligere q̃ꝫ ꝙ ſm ꝯplˀonũ diuerſitatẽ aĩa diuerſimode eſt potẽs agere ⁊ pati ſiue aĩa ſit cõplˀo ſiue nõ: ⁊ ita patet Truſianũ errare ꝙ lꝫ virtus diſtinguat̃ ꝑ Gal. a cõplˀone: nõ tñ affirmat hãc diſtingui niſi rõne: nõ ꝙ opꝫ ſm rẽ differre. Unde in libello de ſequela potẽtiaꝝ aĩe ad cõplˀonẽ corpis. ca. ſcdo ſic dicit. Manifeſtũ igit̃ ẽ: qm̃ dr̃nt adinuiceꝫ infantes: intm̃ ſubſtantĳs aĩarũ inquãtum ⁊ actibꝰ ⁊ paſſionibꝰ eaꝝ: ſi vero h̃ ⁊ potẽtĳs ⁊ virtutibꝰ. cõfuſi ſunt aũt moꝝ ⁊ in h̃ plurimi phoꝝ inarticulatuꝫ ſenſum hñtes de potentia ſeu virtute: velut Hip. đ habitãte aliq̃ re in ſubſtãtĳs: ſicut nos in domibꝰ: ita vt vr̃ mihi de potẽtĳs imaginant̃ neſcientes: qm̃ vniuſcuiuſqꝫ eoꝝ q̃ fiũt eſt cã intellectiua: ⁊ huius cãe inquãtũ res aliq̃ ẽ ſeorſum ⁊ ꝑ ſe ẽ aliq̃ nũcupatio. ꝑ habitudinẽ ꝟo eiꝰ qđ fit. Et pp hoc tot dicimꝰ põas hr̃e ſubſtãtiã quot ⁊ actus: vtputa aloẽ potẽtiã hr̃e purgatiuã ⁊ roboratiuã ſtõi: ⁊ vulnerũ ſanguinatoꝝ glutinatiuaꝫ ⁊ planoꝝ vlcerũ cõſolidatiuã ⁊ humiditatũ palpebrarũ ſiccatiuã nõ vtiqꝫ predictoꝝ actuũ ſingulũ aliquo alio faciente ꝑter ipm aloeꝫ. h̃ enim eſt q̃ iſta efficit: ⁊ ꝓpea ꝙ põt illa facere tot dicta eſt potẽtias hr̃e quot ⁊ actus hec Gal. Ex quo ĩtelligit ꝙ potẽtia nõ dicit aliud a cõplexione ſi ꝯplˀo ſit agens niſi ſm rõnẽ: nec vult ꝙ virtutes illis rebus ſint alie ſm rõnem vel rẽ: ⁊ ideo non bene auctoritates tertio de interioribꝰ intellexit Cõciliator. Sed in eodẽ lib. cap. ſequẽte dubitat qd ſit aĩa: neqꝫ affirmat eã ſubſtãtiã incorporeã niſi ex ſuppoſito ꝙ ꝯplˀo dicat verũ: quo admiſſo dicit eã famulari complexiõe. Uñ ca. 3. dicti lib. ꝯcludit ita neceſſariũ: igitur erit ex his q ꝓpriã ſubaꝫ ponũt hr̃e ꝯfiteri eã famulari curſibꝰ corporis: dubitauit igit̃ vt dico. Et Gale. dicit 3. interiorũ. ca. allegato a Cõci. quid eſt aĩa: dixit enim aut curſus eſt aĩa effectiuaꝝ qualitatũ aut curſus earuꝫ alterat̃: qꝛ igit̃ indubitãter cõplexionẽ dicit eſſe ſubſtãtiã pꝫ ꝙ per ſubſtãtiã intelligit illud qđ allegatum eſt: ⁊ ita intelligat̃ auctoritas Auer. 2. colliget. caplˀo ꝓ. ex qbus ſequunt̃ plura apud ponentes earũ formas ſubſtãtiales alias a qualitatibꝰ. primuꝫ ꝙ cõplexio eſt ꝑ ſe ꝑparans ad forme mixti ſuſceptionẽ ⁊ pmanẽtiã in materia: vt pꝫ ex mõ loquẽdi Gale. ſuꝑ poſito. ſi. n. ab iſta hñt mẽbra ⁊ mixta eſſe id qđ ſunt: tunc ab iſta hñt formas. Sequit̃ ſcdo ꝙ cõplexio eſt principale inſtrumẽtũ forme ad perficiẽdas operationes: vt pꝫ ex Gal. capi. ſupra allegato de vtilitate particularũ. ⁊ Auer. ſecũdo colliget caplˀo prĩo. cum dixit: tũc erit intellectuꝫ ꝙ res quã diximus ꝙ mẽbꝝ conſimile agit cũ ea actionem ſuam aut patitur paſſionẽ ſuã non eſt alia res niſi forma cõplexionalis que ꝓuenit a mẽſura cõmixtiõis q̃ttuor elˀtoruꝫ. Sequit̃ tertio ꝙ non oĩs qualitas ſcda facta ex primis eſt cõplexio. nã ꝑ cõplexionẽ ⁊ poſt ipſam ĩſunt colores ſapores odores ⁊c. igit̃ cõplexio nõ eſt iſte qualitates. Qꝫ aũt iſta ꝑ cõplexionẽ inſunt patꝫ ex Gal. loco allegato primo de vtilitate particularuꝫ: naꝫ poſtq̃ꝫ dixit ꝙ cõplexiones inſunt ſm ſubſtãtie rationẽ: ſubdit ſequentes aut ex neceſſitate ſapores: colores: odores ⁊ humores ⁊ durities ⁊ mollities ⁊c. erit igitur complexio qualitas ĩmediate conſequẽs actionem ⁊ paſſionem qualitatum primarum in elementis repertarũ ĩmediate faciens ad eſſe forme mixti in materia vel ſibi tanq̃ꝫ principale inſtrumẽtum deſeruiens ad operandum ſua propria opera.

¶ Secũda difficultas eſt de modo ſm quẽ cõplˀo ſequitur actionem primarũ qualitatũ. vtruꝫ. ſ. ex quacunqꝫ actione calidi. gratia exẽpli in frigidũ: aut ecõtra poſſit fieri cõplexio vel ad determinatas ꝯplexiones requirat̃ limitata actio. Et vtrum ſolã ꝓportionẽ primarum qualitatũ in materiã exiſtentiuꝫ ſequat̃ cõplexio: ita ꝙ illa poſita fieret ꝯplˀo vel non ſufficiat iſtud: ĩmo aliud requirat̃. Et tertio quo ad hoc: vtrũ cõtracta actione: ſicut. ſ. actio vel ꝓportio qualitatũ variat̃: ita permutetur ꝯplexio. pro quo nõ eſt dubium apud Auer. ꝙ licet ad eundem gradũ primarũ qualitatũ duo aggregata ex elemẽtis ſimilia in proportione elemẽtorũ: ⁊ modo mixtionis ⁊ gradibꝰ qualitatũ ducerent̃: non oportet ſilˀeꝫ cõplˀonẽ introduci: ĩmo ſtat in vno fieri ꝯplˀonem in alio nõ: qꝛ in vno illa q̃litatũ mẽſura ꝓducit̃ ex actione ⁊ paſſione elˀtorũ adinuicẽ: in quo nulluꝫ eſt ſimplˀr

UVA. BHSC. IyR_044_2

dn̄ans: ⁊ in alio erit elm̄tū ad talē gradū deducēs dn̄ans
abſolute. Nā ad faciēdū ꝯplxonē ⁊ mixtionē opꝫ elm̄toꝝ
nullū eē ſimplr̄ dn̄ans: vt dicit Auer. 2. de gn̄atōe. c. 5.
mixtio ꝯrioꝝ fit qn̄ alteꝝ non dn̄at ſup alterū nec hn̄t
equalē pōꝫ. ſi. n. potētia alteruꝫ erit ſimplr̄ dn̄ans erit
corruptio dn̄ati: ⁊ generatio dn̄antis: ⁊ ſi eq̄lis fuerit
pōe: tūc nō fiet aliq̄ forma vt declaratū ē ĩ. 4. metheo.
⁊ cū pōa alteriꝰ nō fuerit dn̄ans ſimplr̄: ſꝫ dn̄ans dn̄ata
gn̄abit̄ ex eis aliq̄d mediuꝫ. lꝫ. n. elm̄ta ducerent̄ ab agē
te dn̄ante ſimplr̄ ad eūdē penitus gradū ad quē ducū
tur ab agēte: q̄d ē dn̄ans ſupante ſine dn̄ante: nō tn̄ ab
illo ſilr̄ ꝯplxonē recipiet: q2 ad illā ĩtroducēdā dꝫ agēs
elm̄tare certā ꝓportionē hr̄e in agēdo vt elm̄tare eſt: quā
nō trāſcendat ſaltim ſm̄ totā ſuā latitudinē. Ex q̄ pꝫ ſo
lutio ad ſecūdū dicendo. ꝙ nō. n. ſola pōa certe ꝓpor
tōis ꝑmaꝝ q̄litatū cū q̄ ꝓportiōe ſequit̄ qn̄qꝫ ꝯplxo da/
ti mixti ē ſufficiēs ad h̄ vt ibi ſit talis ꝯplxo: q̄d ꝯtingit
multis modis. Primꝰ modus ē vbi ꝯplxo regrat limita
tū agēs vt. v̄. g. ꝯplxo ĩfluēs ꝑ quā mēbra ſuas pn̄t exer
cere aīales opatiōes fit a ſpū aīali ⁊ cerebro: ita ꝙ ſi cō
ſimilis ꝑmaꝝ q̄litatū mēſura ab alio ꝓduceret̄: n̄ tn̄ eēt
ibi iſta vl̄ ꝯſil̄is ꝯplxo. Scd̄s caſus ē vbi certa ꝑmaꝝ q̄li
tatū ꝓportio ĩueniret̄ in mā vniꝰ elm̄ti nō diuiſi ad mi/
nima: nec ꝑ minima alijs elm̄tis iux̄ poſitis. Tertiꝰ ē ca/
ſus in ſolōne ꝑcedētis dubij niſi ab agente ſimplici do
minā̄te ĩtroduceret̄: ⁊ ita in trāſmutatiōe aq̄ in ignē im
mediate nō reſultat ꝯplxo vel mixti forā nō obſtante ꝙ
oēꝫ ꝓportioneꝫ imaginabilē inter calꝫ ⁊ fridū aliqn̄ ha
bebit aque illiꝰ mā: ⁊ ſilr̄ inter humiditatē ⁊ ſiccitatem.
Quartꝰ caſus ē vbi imaginemur ꝙ elm̄ta hn̄tia certos
gradus ꝑmaꝝ q̄litatū ꝑꝑ alteratōes ꝑcedētes ab extri
ſeco nūc d̄ nouo cōmiſcerent̄: ita tn̄ ꝙ adiuicē nō agūt
ſm̄ tales q̄litates: vt ēt ibi oīno eſſent ſilr̄ iū graduū ĩ il/
lis q̄litatibꝰ: nā h̄ caſu quecūqꝫ gradū hn̄t ⁊ q̄ūocunqꝫ
miſcerent̄ niſi actio ⁊ paſſio eoꝝ eſſet nulla introduce/
ret̄ ꝯplxo: ⁊ hoc vult expſſe Cōmē. 10. met. cōmē. 23. cū
dixit. ꝯ Gal. niſi actio dn̄antis regreret̄ tunc cōmixtis
elm̄tis in ſūmo gradu adīuicē aut in alijs gradibꝰ debe
ret ſine alia actiōe ſeq ꝯplxo: q̄d ipſe religt tanq̄ꝫ fl̄m: ⁊
h̄ vꝫ notare diffōneꝫ ꝯplxonis poſitā ab Aui. ꝑma ꝑmi.
Quintus caſus eſſꝫ vbi nō abſolute aliq̄d eſſet dn̄ans
⁊ q̄litatū ꝓportio ⁊ actio ⁊ paſſio eoꝝ adinuicē interue
niret: ⁊ eſſet agens limitatū ⁊ ꝓportio ēt q̄litatū elm̄toꝝ
⁊ gradus debitꝰ: tn̄ nō eſſet ꝯueniens gradus vel mo
dus mixtionis in mīmis elm̄toꝝ: nā plurimū ꝯplxo vꝫ va
riari ex variatione modi mixtiōis: ſi igit̄ nō ſit modus
mixtiōis ꝓportionatꝰ cōplexioni debenti ſeq ad talem
gradū diuerſe poſſent inſurgere cōplexiōes: tn̄ diuer/
ſis modis mixtionuꝫ q̄ cōplexiōes qn̄qꝫ nec̄to diuerſis
formis ſubſtātialibꝰ ſubminiſtrāt: ⁊ qn̄qꝫ formis earū/
dē ſpecieꝝ. Un̄ ꝯtingit duo indiuidua diuerſaꝝ ſpērū
eē gradualiter eq̄ calida ⁊ eq̄ frida: ⁊ ēt contingit duo
eſſe indiuidua eiuſdeꝫ ſpeciei ⁊ cōplexionalr̄ eq̄ calā ⁊
eq̄ hūida ābo in ſua nālīſſima diſpōne exn̄tia: ⁊ ĩ eadē
etate ⁊ ſilibꝰ aſpectibꝰ eſſe tn̄ diuerſa vel dr̄ia ĩ cōplonī
bus bonitate ⁊ malicia ꝑꝑ diuerſam ꝑparationeꝫ q̄ eſt
h̄ modus mixtiōis: ⁊ de talibꝰ loquit̄ Auer. 6. colliget
ca. ꝑ̄. lꝫ ꝑ nāles ꝑparatiōes nō ſolū h̄ ibi intellexerit: ſꝫ
accn̄tia q̄ remanent in mixto ꝑꝑ diſpōneꝫ rei ex q̄ ē ge
nitꝰ: ex q̄ aliq̄d eſt aut ĩpedimm̄tum aut iuuamētū ⁊ oīs
aliqn̄ remanet in mixto vel gn̄ato. Multi ēt ſunt alij
modi: ſed iſti qnqꝫ pro nūc ſufficiāt. ¶ Ad tertiū dꝫ ꝙ
nō opꝫ ꝙ ſi ꝑ actionem elm̄toꝝ eſt introducta aliq̄ ꝯplxo
ꝙ q̄litercūqꝫ actio magis cōtinuet̄ aut q̄lrcunqꝫ q̄lita
tes ꝑme recedāt a menſura eaꝝ cum q̄ ꝯplxo ĩtroducit̄
ꝙ etiā illa ꝯplexio ꝑmutet̄ in ſe: ita ꝙ ipſa corrumpat̄
aut remittat̄ vel intendat̄: nā niſi ita eſſet: nō eſſet aſſi/
gnāda cā: q̄re duobꝰ corꝑibꝰ eiuſdem ſpēi ſpālīſſime al
teratis ad eundē gradū caloris: cum ſue nāe dimittant̄
vnum eoꝝ nō reducit̄ ad eundē gradū ad queꝫ reduci
tur reliquū: vt pꝫ de tēꝑato ⁊ ſanguīeo ⁊ melēco ad eū
dē gradū caloris ꝑ exercitiū alteratis. Imaginādūꝫ eſt
igit̄ ꝙ queādmodū forma ſubālis introducit̄ in mixtis
cū certa q̄litatū mēſura: nec ſtatiꝫ ab illa mēſura rece/
dendo remouet̄ vel corporalr̄ ita eſt de ꝯplxone: ꝙ oīs
talis ſtat cū certa latitudine q̄litatū primaꝝ: imo cū val
de notabili: cū ꝯcedamꝰ hoīem tēꝑatū qn̄ incidit fe/
brē putridā: tn̄ eē virtualr̄ tēꝑatuꝫ: q2 remanet illa con
plexio q̄ erat ꝑ̄ nō obſtāte ꝙ in caliditate tanta ſit facta
mutatio. Silr̄ videmꝰ ꝙ mādragora ⁊ opiū infgamus
⁊ ſilr̄ia nō obſtante ꝙ actualr̄ caleſaciant ⁊ humectēt ꝑ
aque cōmixtionē tn̄ corpora nr̄a notabilr̄ infrigidāt ⁊
mortificāt: ⁊ ecōtra piper ⁊ zingiber ⁊ alleū ⁊ euforbiū
⁊ arſenicū ⁊ ſilr̄ia: quāuis a frigore ꝯgelent̄: ⁊ ita ꝯgela
ta corporibꝰ adminiſtrent̄: tn̄ tandē caleſaciēdo cōbu/
runt: q̄d nullo mō ꝯtingeret niſi cū tanta alteratione in
primis q̄litatibus ad ꝯtrariū ſue virtutis: tn̄ eorū ſemꝑ
remanet ꝯplexio: que cuꝫ ad actū deducit̄ agit effectus
ſibi ꝯuenientes. Nec puto verū eſſe q̄d Auerrois dicit
de mō actionis taliū medicinarū. 5. colliget. vt pꝫ in ca/
pitulo. de eo q̄d comedit̄ ⁊ bibit̄. Imaginandū igit̄ ꝙ
quelibet ꝯplexio hꝫ latitudinē primaꝝ qualitatū ſibi cō
poſſibileꝫ infra quā dato ꝙ ſubiectū ſuuꝫ alteret̄ dedu/
ctis alijs: remanet tn̄ ꝯplexio eadē vt intra talē latitudi
nem eſt mēſura tali ꝯplexioni ꝓportionatiſſima: ad quā
ꝯplexio deducit ſuū ſubiectū: niſi fuerit ĩpedimentū: ⁊
ſic ſm̄ ꝯplexionuꝫ varietatē inueniunt̄ diuerſe mēſure
caloris actualis in corporibꝰ mixtis etiā eiuſdē ſpeciei.
Et ſm̄ hoc dictū: ꝯplexio etiā in ſe nō eſſet q̄litas intē
ſibilis: lꝫ poſſit qn̄qꝫ ꝯiungi cū intenſiori gradu caloris:
qn̄qꝫ cuꝫ remiſſiori. Sed eſſet hic dubꝰ. vtrū ſtat vnā
⁊ eandē ꝯplexioneꝫ nālīſſime ſtare cum diuerſis men/
ſuris qualitatuꝫ primaruꝫ: ⁊ puto ꝙ nō: ſed tn̄ nō eſt ne
gandum ſocratē nunc cum. a. ꝯplexione ſibi naturaliſ/
ſima eſſe diſpoſituꝫ cum certa q̄litatuꝫ primarū menſu/
ra ⁊ ꝓportione: cui prius cum eadē ꝯplxone illa menſu/
ra nō fuiſſet nālīſſima apud moduꝫ loquēdi phōrum ⁊
medicorū. Nam ꝯplxo quādaꝫ ēt tolerat variationē pro
portionis elementorū ea remanente: ⁊ ideo ſtat talem
fieri variationē vt magis vel minꝰ intenſuꝫ gradū qua
litatū ꝑmaꝝ ſibi determīet. Et ex his hēs vias ad mul
tas difficultates tollendas. Tertio ꝑncipalr̄ cadit diffi
cultas de q̄litatibꝰ ꝑmis: quas ſeccū patit̄ ꝯplexio. ⁊ ꝑ̄.
vtrū ꝯplexio ad vnū extremū ꝯtrarietatis declinans cō
patiat̄ ſecuꝫ q̄litates alteriꝰ extremitatis dn̄antis in gra
du ſupra q̄litatē extremalē quā ꝯſequit̄. v̄bi gr̄a. vtruꝫ
cōplexio calida ſiccū cōpatiat̄ dn̄ium frigiditatis actua
lis ſupra caliditatē. ⁊ ſcd̄o vtrum dn̄ium hoc ꝯpatiatur
in naturalīſſima diſpōne exſtente mixto: cuius ipſa eſt
cōplexio. Et tertio vtrū introduci poſſit in materia in
qua ē actualr̄ gradualis exceſſus q̄litatis ꝯtrarie illi cu
ius nāꝫ magis ꝯſequit̄: ita ꝙ exn̄te in mā amplīori frigi
ditate: q̄ꝫ caliditate tn̄ introducat̄ ab agēte cōplexio ca
lida. ¶ Ad primuū illorum rn̄det̄ cōcedendo vt pꝫ ex
ſupradictis de pipere infrigidato aut euforbio ſiue de
opio ⁊ mādragora: vtruꝫ habeāt cōplexionem declinā
tem ad latus caliditatis: adhuc nō eſt hic limitatū: lꝫ in
ſequenti q̄ōne puteꝫ deo dante rem hanc terminare.
Silr̄ ad ſcd̄ꝫ rn̄det̄ cōcedēdo. naꝫ ſm̄ mentē Gal. 2. cō
plexionum caplo ꝑ̄. quedā aīalia inueniunt̄ in nāli di/
ſpōne frigida ⁊ ſicca ſm̄ dn̄ium q̄litatū ꝑmaruꝫ in ipſis
inuentaꝝ: ⁊ tn̄ cōſtat ꝙ illorū ꝯplxo ſit ad latus calidita
tis declināſ cū ꝑ illā digerāt ⁊ nutriat ⁊ attrahāt ⁊ mo
ueant̄ localr̄: que oīa ſunt caliditatis ⁊ nō frigiditatis.
vt Aui. prīa ꝑmi doctrina ſexta. ⁊ Ari. 4. metheo. ⁊ fe/
re oēs phī volunt. Quꝫ aūt Gal. h̄ velit ecce pono lr̄aꝫ
eius loco allegato. imo nō dꝫ de aīalibꝰ ꝙ in ipſis vicit
calr̄itas ⁊ hūiditas niſi cū ꝯparent̄ mortuo ex eis. apis
nāqꝫ ſm̄ vitaꝫ manēs maioris eſt calr̄itatiſ ape mortua
⁊ formica: que remanet in vita eſt hūidior q̄ꝫ formica
quem

UVA. BHSC. IyR_044_2

q̃ iam mortua eſt: ⁊ cũ ↄparanť h hoĩ vel equo vel bo/
ui ⁊ reliq̃s aĩalibꝰ: que ſanitatẽ hñt inueniunť oĩa h in
ↄplxõne ſua frigida ⁊ ſicca: ⁊ ſi tu compes ẽt ea vniuer/
ſe ſube: ⁊ per eã expiaris ea: nõ inuenies ea niſi frĩda ⁊
ſicca: h Gal. Ex q̃bus pʒ ad tertiã difficultatẽ rñdeo
dicẽdo: ꝙ poŀe ẽ ↄplxõnẽ calĩaʒ ĩtroduci: ſtãte tñ in mã:
in q̃ introducitť ↄtinue ⁊ añ ⁊ poſt ĩtroductionẽ frĩdita
te inteñſiori q̃ʒ ſit ſua calĩitas actualis: ⁊ h ꝑꝑ fortitudinẽ
agẽtis dirigẽtis calorẽ ĩ agẽdo ⁊ tẽperãdo: qð tñ agẽs
ĩtendit ↄplxõnẽ calidã: ita remiſſuʒ gradũ calĩitatis ſibi
terminãtẽ ad ſuas oꝑationes ↄplẽdas: vt cũ illo nec̃io
mẽſura frĩditatis ↄiungať: ⁊ h ẽ ĩ oĩbus plãtis ⁊ mine/
ralibus calidis cõplexionalr: ⁊ huiꝰ rei ignorãtia fecit
multos medicos ⁊ phõs errare in hac mã. quarta dif/
ficultas eſt vtrũ ↄplxões iſte ſint ꝑ ſe tãgibiles: ⁊ ĩ hac
dubitatione nõ habeo fortes rõnes ad alterã partium
niſi ꝙ coitu nõ videnť ſole prĩe q̃litates ꝑcipi tactu. re
linquo igiť ipſam ſub ãbiguo. q̃nta difficultas: vtrum
queadmodũ ponẽda ẽ cõplxõ q̃litas diſtincta a calĩitate
⁊ frĩditate: ita ſit ponẽda alia media inter ſiccitatẽ ⁊ hu
miditatẽ: ita ꝙ in quolʒ mixto ſint ad minus due ↄplxõ
nes diſtincte ab aggregato primaꝝ q̃litatũ. Et arguiť
ꝙ nõ: q2 ſi eẽt ↄplxõ media ĩter humiditatẽ ⁊ ſiccitatẽ: il
la ab aliq̃ illaꝝ q̃litatũ ꝓduceretť. ↄñs eſt falſuʒ. igř fal
ſitas ↄñtis pʒ: q2 ↄplxõ nõ ꝓduciť niſi ꝑ cõmixtionẽ ele
mẽtoꝝ: ſʒ ĩ elĩntoꝝ ↄmixtiõe hũiditas ⁊ ſiccitas ñ agũt.
ĩmo ſolũ patiũť: ğ ille nõ agũt ↄplxõnẽ. mioꝛ ãt ẽ Auer.
ſuꝑ. 4. metheoꝛoꝝ cap. r. cũ dixit: ⁊ dʒ ſcire ꝙ nõ ðbe/
mus dubitare in h ꝙ diximꝰ qð hũidi. ⁊ ſicci. ſũt paſſi/
ua: ⁊ frigus ⁊ caloꝛ actiua: qm̃ ĩuenimus illa q̃lʒ agere
ſibi ſilĩa. ſiccum. n. generat ſiccũ: ⁊ hũidũ humidũ: ſicut
facit calĩm calĩm: ⁊ frĩdũ generat frĩdũ: qm̃ h p̃dcã pro
poſitio de actiuis ⁊ paſſiuis nõ ↄſiderabať in ↄpatione
gnãtionis indiuiduoꝝ: ſʒ in ↄpatione mixtiõis elĩtoꝝ ĩ
ſe ⁊ ad ſe: in hac rõne fuit inuẽtũ ꝙ caloꝛ ⁊ frigus ſunt:
que ↄiungũt ⁊ applicãt elĩta rerũ ad ſe inuicẽ: ⁊ admi/
ſcent q̃uſq3 generetť ex illis elĩtis res noua ⁊ fuit humi/
dũ inuẽtuʒ cũ quo recipit res paſſionẽ caloꝛis ⁊ frigo/
ris ⁊ mixtiõis. Et ſiccitas cũ qua recipiť incoꝛpoꝛatio
⁊ ſtatio in ſe: ⁊ illa igiť ↄpata fuerunt ad actionẽ: ⁊ illa
ad paſſionẽ. h Auer. Et hoc eodẽ mõ expõit dcm̃ Ari.
4. metheo. Ipſe Alber. ꝙ calĩitas ⁊ frĩditas ſunt acti/
ua ⁊ hũiditas ⁊ ſiccitas ſũt paſſiua. ⸿ Cõfirmať: q2 cõ/
plexio dʒ hře duas cõditiones vt p̃dicitur: vnã ꝙ ſit ꝑ
ſe p̃parans ad forme mixti ꝑmanẽtiã in mã: aliaʒ ꝙ ſit
ĩnſtrumẽtũ forme illius ad ſuas operationes ꝓducen/
das: ſʒ vna media ĩter hũiduʒ ⁊ ſiccũ nõ eſt hꝰ. ğ nõ eſt
ↄplxõ. minoꝛ pʒ ex Auic. pria p̃mi. cap. de etatibꝰ. vbi
arguit ↄ̃ illos q dñt ꝙ augmẽtũ eſt ꝓpter humiditatẽ:
vbi vult ꝙ hũiditas nõ ẽ cã trãſmutatiõis mixti ⁊ aug/
menti: ſʒ aĩa mediãte ſuo inſtrõ q eſt caloꝛ nãlis. vř igř
ſolũ nãlẽ calorẽ poſuiſſe inſtrm ⁊ hũiditatẽ ſolũ ↄcurre
re paſſiue. vñ lřa dicit: hũiditas nãq3 frĩditati eſt mã: ⁊
mãm nõ patiť ꝑ ſe: neq3 ꝑ ſe creať: ĩmo apud opõnem
ṽtutiꝭ ĩ eã agẽtis: ṽtuꝭ aũt agẽs h ẽ aĩa: aut nã p̃ceptio
dei: neq3 agit niſi cũ inſtrõ: ⁊ illud ẽ caloꝛ ĩnatꝰ ⁊ ↄſtat le
gẽti: ꝙ loq̃ť de hũiditate ↄplxõnali mẽbroꝝ pueri: ⁊ nõ
de hũoꝛe. tertio ſic. ſi ↄplxõ media ĩter hũidũ ⁊ ſiccũ eẽt
alicuiꝰ opõnis p̃ncipiũ effectiuũ: tũc maxĩe eẽt duritiei
⁊ mollitiei ⁊ ſilĩiũ: cũ ipe ſint ſpẽs paſſiuaꝝ qualitatũ vt
vult Auer. 4. metheo. trac. 2. ſʒ h ẽ fĩm. igř talis ↄplxõ
nulliꝰ ẽ actiõis p̃ncipiũ: ⁊ ꝑ ↄñs nõ ẽ. mioꝛ pʒ ex Ariſt.
eodẽ loco: vbi vult iſtas paſſiões fieri a calĩo ⁊ frigido.
⸿ In oppoſitũ eſt exp̃ſſe Gal. p̃ ↄplxõnũ. narrans hu/
midã ⁊ ſiccaʒ ↄplxões: ⁊ aliq̃s dicens cõpoſitas diſtẽ/
peratas: qð non eſſet: niſi etiam in medio paſſiuarum
aliq̃3 poneremꝰ ↄplxõnẽ. p̃terea ſicut calidũ ꝑ caliditateʒ
põt agere coꝛrũpẽdo frĩditatẽ: ⁊ e ↄ̃: ita ꝑ hũiditatẽ p̃t
hũidũ ſiccitatẽ coꝛrũpe. igř ex actiõe hũidi in ſiccuʒ po
terit gñari ↄplxõ: ſilĩr e ↄ̃. Cõmunis rñſo eſt ꝙ due ſunt
ad minꝰ ↄplxões in vnoq̃3 mixto. nã cũ due ſint ↄtra/
rietates ſ̃ʒ q̃s elĩnta agũt ⁊ patiunť adinuicẽ: iõ oʒ me
dia eẽ duo. Mediũ. n. eſt eiuſdẽ gñis cũ extremiꝭ. ſi igi
tur extrema ſunt diuerſoꝝ geneꝝ: ẽt media erũt diuer
ſa: ſed ↄplexio media in hũiditate ⁊ ſiccitate q̃ʒuis ſ̃m
q̃ſdã non ſit ꝑ ſe p̃ncipiũ actionũ aĩe ꝑ qð aĩa agat aut
aĩatũ: vt ſit oꝑa aĩe: aut p̃ncipiũ oꝑandi paſſiue: ⁊ h ſuſ
ficit ad ſaluãdũ in ea rõnẽ ↄplxõnis. Utrũ aũt ille q̃lita
tes in mixtis agãt aliq̃d: eſto ꝙ ĩ cõmiſcẽdo non agãt
vꝛ eſſe ãbiguũ: ⁊ putãdũ ꝙ ſic cũ in elĩtis agãt: vt exp̃ſ/
ſe vult Ariſt. 2. de gña. alĩr aer nõ ĩmediate trãſmutari
poſſet in ignẽ. Sed dubitať iterũ vtrũ in eadẽ ꝑte ade
quate poſſint eẽ diuerſe plures ↄplxões ĩ medio eiuſ
dẽ ↄ̃rietatis. Et ſine argumẽtis dicẽdũ ꝙ ſic. nã ĩ ner/
uo ſano eſt ↄplxõ ĩnata: ⁊ ↄplxõ influẽs a ſpũ aĩali. Ex q̃
pʒ ẽt illud qð ſupra dꝛ ↄplxõnẽ eẽ p̃parationẽ ad forme
mixti receptionẽ nõ eſſe gñalĩr veꝝ ĩ oĩ ↄplxõne: ſʒ tm̃
de ĩnata: cuilibet tñ cõpetit ĩmediate fieri ex actiõe ⁊
paſſiõe q̃litatũ p̃maꝝ elĩtoꝝ ⁊ eẽ forme mixti inſtrʒ ad
ꝑficiendas oꝑationes. Silĩr ad dubiuʒ redeũdo nõ eſt
incõueniẽs dĩe in mixtis duas ↄplxões hñtibꝰ in ea/
dẽ ꝑte adequate eẽ duas ↄplxões: q̃rũ vna eſt calĩa re
ſpectu hoĩs: alia ẽ frĩda. Ex q̃bus oĩbus ſolutis pʒ cla
re q̃d ſit dicẽdũ ad argumẽta principalia añ oppoſituʒ
adducta. nã ad primũ dꝛ: ꝙ coloꝛes ſapoꝛes ⁊c̃. nõ im/
mediate fiũt ex actione primaꝝ qualitatũ: ſʒ mediante
ↄplxõne. ⸿ Ad ſcðʒ ↄcediť ↄplxõnẽ eſſe q̃litateʒ ſequen
teʒ primaꝝ. Et ad hmõi ĩprobationeʒ dꝛ ad p̃mã ne/
gãdo ꝙ opʒ ↄplexionẽ mixti coꝛrũpi qualĩrcũq3 mixtũ
in qualitatibꝰ p̃mis altereť. Et in ſcðo negať ꝙ quãuis
in mã elementi illarũ qualitatũ ꝓpoꝛtio cui equalĩr ſeq
tur forma ↄplexionalis in ipſa ꝙ ꝑꝑ hoc ibi ẽt debeat
eẽ ↄplxõ: ⁊ cã ãboꝝ poſita eſt ſupra. ⸿ Ad ſcðʒ dixi ſu/
pra ꝙ nõ ſunt intẽſibiles: nec valʒ argum̃tũ: vnũ mixtũ
eſt alio ↄplexionalĩr calidius. ğ ↄplxõ p̃t intendi. ⸿ Ad
ſextũ etiã negať ↄñtia: ⁊ cã eſt pꝛedicta. ⸿ Ad ſeptimũ
patet rñſio ex ĩmediate p̃cedente. ⸿ Ad tertiũ pꝛinci/
pale negať ꝙ ↄplexio ſit fruſtra. ⸿ Ad quartũ concedi
tur gradus ↄtrariarũ qualitatũ eſſe in eadeʒ materia: lʒ
poſſet oppoſitum defendi. Deo gratias ⁊c̃.

⸿ Explicit qð gl̃oſa de cõplxõnibus magĩri Ugonis.

V Trũ poſſit eẽ equale ad põdus. ⸿ Ad
ꝑtẽ affirmatiuã arguiť ſic. ſumme
calĩʒ põt ſucceſſiue trãſmutari ĩ ſũme frĩdũ:
ſʒ in hac trãſmutatõe nec̃io tranſibit ꝑ eq̃le
ad põdus ĩter calĩm ⁊ frĩdũ. ğ tale põt dari. maioꝛ pʒ.
in gnãtione aq̃ ĩmediate ex igne: q̃ põt eſſe: vt pʒ. 2. de
gnãtione. ⁊ minoꝛ pʒ. q2 in tali trãſitu tm̃ erit de calĩta
te quãtũ de frigiditate. ⸿ Cõfirmať. mixtũ a dñio cali
dũ põt trãſmutari in mixtũ a dñio frigidũ. ğ erit in me
dio aliq̃ñ participãs equalĩr calĩitate ⁊ frĩditate: ⁊ ſem/
per erit ↄplexionatũ hñs de calĩitate tm̃ quãtuʒ de fri/
giditate: ⁊ ꝑ ↄñs equale ad põdus ⁊ vnũ nõ repugnat
alteri. ğ ⁊c̃. ⸿ Scðo pꝛincipalĩr arguiť ſic. põt dari coꝛ
pus ad pondus equale graue: ſicut leue. ergo eq̃le ad
põdus. pʒ ↄñtia. ⁊ aſſumptũ arguiť: q2 ſũme graue põt
ꝑ ↄtinuã trãſmutationeʒ trãſmutari ad ſũme leue: ſed
tunc aliq̃ñ vtroq3 contrarioꝛũ participabit. ğ aliq̃ñ ita
graue ſicut leue. ⸿ Tertio: elĩntis eq̃lis virtutis inuicẽ
applicatis tãdem ꝓducetur equale ad pondus: ſʒ pñt
elĩnta applicari equata virtutibꝰ. ergo ⁊c̃. minoꝛ eſt cla
ra: ⁊ arguiť maioꝛ. q2 cuʒ applicanť ſumma in gradu ⁊
eq̃ta virtutibꝰ agunt ⁊ reagunt vt pꝛo nunc ſupponiť:
ſʒ tũc non ceſſabit actio niſi ꝑꝑ ſilĩtudinẽ: ſilĩtudo autẽ
erit qñ tm̃ erunt in mediȷ́s gradibꝰ ↄtrarioꝝ qualitatũ
⁊ ꝑ ↄñs facient equale ad pondus. ⸿ Quarto ſic. põt
dari mixtum ↄplxõnalĩr calidum: ⁊ põt dari mixtum cõ
plexionalĩr frigidum. ğ equale ad pondus. tenet ↄñtia.
⁊ aſſumptũ: q2 cui non repugnant extrema non repu/
gnat medium. pꝛobať ↄñtia. q2 ſi non repugnat forme

UVA. BHSC. IyR_044_2

mixti:vt mixtū eſt dn̄ium caliditatis ſupra ſrigiditatē
nec eɔ̄:tūc ēt illi n̄ repugnat ɔ̄rioꝝ eq̄litas eoꝝ. ¶Cō
firmat̄:dat̄ mixtū ɔplōnalr̄ calꝫ.ḡ cū calītate ītēſa pōt
ſtare ſriditas remiſſa.tꝫ ɔn̄tia:q2 non vɩ̄ alter modus ꝑ
quē ɔplō media īter duas q̄litates gn̄e niſi ābaꝝ ḡdus
in mā̈ ſil̄ remaneāt: ⁊ vltra.igit̄ ḡdus mediꝰ calītatis
ꝑt ſtare cū ḡdu medio ſriditatis ī mixto.tꝫ ɔn̄tia: q2 n̄
plus repugnat mediꝰ ḡdus medio ḡdui q̄ꝫ ītenſus re
miſſo.⁊ h̄ argumētū deducē ꝑt ꝙ ꝑt dari eq̄le ad pon
dus:nō tm̄ ꝑ īſtās durās: ſꝫ ꝑ tp̄s.qnto ꝓ iſto ē Gal.
ꝑ̊ ꝺ ɔplōnibꝰ.c.vlt.⁊ penultīo cū dixit.dicamus ḡ qm̄
ꝑꝑea ꝙ mediȳ ī vnoqꝫ generū:⁊ ꝓpꝛie in vniuerſa ſb̄a
gn̄atio ſit a cōmixtiōe extremoꝝ oꝫ necio vt ſit eiꝰ eſti/
matio ⁊ cognitio ex illis.vult igit̄ h̄ ꝙ ſit aliqꝺ mediū ī
vniuerſa ſb̄a:⁊ ī eodē caplō paulo inferiꝰ. Et qm̄ pal
ma poſita ē inſtr̄m ſenſus.ſ.hoi ſapiētiſſimo aīalium ⁊
pꝛudētiſſimo ipſoꝝ:⁊ ꝑꝑea opꝫ vt ſit elōgatio cutis eiꝰ
ab oibus extremitatibus.ſ.calō ſrīdo humido ⁊ ſicco
elōgatio eq̄lis.Et h̄ qdeꝫ ſentit Halyab.ꝑ theoꝛice.

**Ad oppoſitū** ē Aui.1.ꝑmi ca. ꝺ ɔplōnibꝰ cū dix̄: ſꝫ medicꝰ phyco cre
dere oꝫ ꝙ eq̄le ſꝫ hāc ɔſideratōeꝫ quā diximꝰ.i.ad pō
dus īpoſ̄e eſt q̄cūqꝫ mō repiri.Et Auer.2.de gn̄atōe.
ɔ̄ Gal.dixit.Et ex h̄ hoi appꝑebit īpoſ̄e eē aliquā ɔplō
nē eē tēperatā quā poſuit Gal.ſ.tēperātia:q̄ ē ſm̄ ex/
trema ɔplōnis ſpēi in q̄ ɔſiderat medicina. cōſtat ḡ ꝙ
negat tēperātiā:q̄ ē invniuerſa ſb̄a:q̄ ē ad pōdus.Idē
vult Auer.10.met.cō.23.Et h̄ ꝓut īpoſ̄e ē inueniri cō
plexionē mediā in extremis ɔ̄rȳs:vt dicit Gal. Itē ꝑ̊
de celo cōmē.7.cū dixit.īpoſ̄e eſt.n.in coꝛꝑibꝰ ɔpoſi/
tis aliq̄ cōponi eq̄lr̄.Et idē.2.colꝫ.c.vlt.cū dicit.⁊ ꝺ
h̄ habebūt manifeſtā declinatōeꝫ:q2 nūq̄ꝫ inuenit̄ tēpe
rata ɔplō in ꝓpoꝛtiōe primaꝝ qualitatū q̄ttuoꝛ:h̄ ē tē
perātia:que eſt ſm̄ extremitates.i.ſm̄ extremas q̄lita
tes.Et ꝑ̊ Cano.cōmē.24.ſm̄ vnā cotationē in fine di
xit.ſi poſſit inueniri cōplexio equalis talr̄.ſ. ꝙ elr̄a ī il
la cōmiſceant̄ equaliter minime inueniret̄ aliq̄ opatio
in hac ɔplexiōe primis q̄litatibus appꝛopꝛiata eſſetqꝫ
neceſſariū:vt neqꝫ hr̄et vnā foꝛmā.hec Auerrois.

**Pro ſolōne** huiꝰ dubȳ ꝑ̊ ponā q̄dā ꝑambu la de expōibꝰ noīuꝫ.Scō narrabo famoſas opiniōes ī mā̈.Tertio ponā determina
tionē ſꝫ ꝙ mihi videbit̄ eē cōſoꝛme mētibus auctoꝝ ⁊
v̄itati.¶Quātū ad ꝑmū notādū ꝙ īueniunt̄ iſta noīa
in vſu loquēdi medicoꝝ ī iſta mā̈:eq̄le ad pōdus:eq̄le
in vniuerſa ſb̄a:eq̄le in vltīo tēperamēti ſꝫ extrema in
fine exn̄tia tēperamēti:aut ſm̄ extremitatē : ⁊ vɩ̄ mihi
h̄ oīa ſumi ſynonomice. nā ꝑ oīa illa ītelligit̄ eq̄le ad
pōdus ſiue tempatū v̄e exn̄s ī medio ꝑ eq̄ diſtātiā ab
vltimis extremis ɔ̄rioꝝ: in q̊ꝝ medio exiſtit. nā qꝺ eſt
vere mediū inter calidiſſimū ⁊ ſrīdiſſimū:humidiſſimū
⁊ ſicciſſimū ꝓ quāto in q̄litatibus:ī qbus ꝑticipat oīs
ſb̄a elemētaris dɩ̄a Gal.ī ꝑ̊.de ɔplōnibus: tēperatuꝫ
in vniuerſa ſb̄a ꝑꝑ dictā cām:id ēt dɩ̄ eq̄le ad pondus:
q2 eq̄liter ɔtrarȳs ꝑticipās ac ſi pōdere eq̄li vtroqꝫ ꝑti
cipet:dɩ̄ aūt ab Auer.eq̄le vltīo tempatū ſm̄ extrema
in fine exn̄tia:aut ſꝫ extremitates:q2 tempatū erit me
diū nō inter quoſdā gradus ɔ̄rioꝝ:ſed īter extremos.
nā tꝑatū ſm̄ extrema latitudīs ſpeciei humane nō dɩ̄
vt ſit ab eo tꝑatū ſm̄ extrema:neqꝫ ſm̄ vltimū.¶Se/
cūdo ꝑncipalr̄ nota:ꝙ tēperatuꝫ ad pōdus pōt dici ꝙ
vere tēperatū eſt ī medio extremitatū quarūcūqꝫ ɔtra
rietatū ꝑ eque diſtātiā.vt.v̊.g. in calō ſrīdo leui ⁊ gra
ui ⁊ humido ⁊ ſicco.Uel ſcō.q2 in oibus iſtis tribus
ɔ̄rietatibus ſit eq̄le ad pōdus ꝓ vere medio īter extre
ma alicuius ɔ̄rietatis ꝑ eq̄ diſtātiā pōt intelligi duobꝰ
modis.vno mō:q2 tm̄ hꝫ de ḡdibus ⁊ multitudine ɔ̄/
rioꝝ in q̄cūqꝫ ſui ꝑte:quātū hꝫ de ḡdibus ⁊ multitudi
ne alteriꝰ.v̊.g.ſubꝫ hn̄s ī ſe medietatē totius latitudīs
calītatis: ⁊ medietatē totius latitudīs ſrīditatis dice/
ret̄ h̄ mō eq̄le ad pōdus.ſcō mō dicat̄ eq̄le ad pōdus
ꝑꝑea q2 hēat foꝛmā vnā mediā diſtinctā realr̄ ab vtra/
qꝫ ɔtrariaꝝ q̄litatū:q̄ ſit vere media inter illas:ꝑ h̄ ꝙ ē
equalr̄ ꝑticipare nā̈ vtriuſqꝫ ɔ̄rietatis in extremis:pu/
ta equale ad pōdus īter calꝫ ⁊ ſrīdū nō dɩ̄ h̄ mō.q2 ha
beat tot ḡdus:⁊ eque intenſos calītatis:ſicut ⁊ ſridita
tis:ſꝫ q2 in eo eſt ɔplō:q̄ ē q̄litas ab ābabus extremis
diſtincta:q̄ vere eſt media inter ſūmū caloꝛē ⁊ ſūmū ſri
gus ꝑꝑea ꝙ eq̄liter ꝑticipat nā̈ vtriuſqꝫ extremoꝝ:⁊ h̄
mō loquit̄ Aui.1.ꝑmi cap.de ɔplexiōibus:q dixit: vt
ſit ɔplexio eq̄lis ita vt quātitates q̄litatū ɔ̄riaꝝ ſīt eq̄les
non ſuꝑantes nec ſuꝑate:⁊ ſit ɔplexio q̄litas in medio
eaꝝ vere.Quarto nō:ꝙ de mō ɔplexiōis q̄ꝫtū ad ꝓdu
ctionē diuerſe īueniunt̄ pōnes.nā oēs antiq phi vidē
tur ɔcoꝛdare:ꝙ ɔplexio ꝓducit̄ ex actiōe ⁊ paſſione cō
trariaꝝ qualitatū in elr̄ntis ⁊c.ita vt ex illa reſultat vna
q̄litas media īter extrema ꝑticipās nā̈ vtriuſqꝫ extre/
moꝝ.⁊ h̄ īnuit Auer.2.colliget.c.ꝑ̊ ⁊ vlt.de gn̄a.c.5.⁊
10.meta.cō.23.ꝙ Aui.in diffōne ɔplexionis ꝑma ꝑmi
⁊.12.de aīalibus:⁊ Gal.1.de vtili.ca.9. Alȳ vero dn̄t
vnā vere ſimplicē qualitatē ſecundā eſſe ipſaꝫ ɔplōneꝫ
a pꝛimis non ꝓductā:neqꝫ ꝓducibilē:ſꝫ īdigētē mixto
vel mixti virtute:aut celi ad h̄ vt ꝓducat̄:que tn̄ diuer
ſa ꝓducit ſm̄ agens ⁊ mā̈e diuerſitatē: ⁊ ideo in iſtius
ꝓductione q̄litates pꝛīe nihil faciūt pluſq̄ꝫ mā̈ꝫ ꝑpare
ſalteꝫ ꝑtialr̄.Quīto no.ꝙ lꝫ eq̄le ad pondus ī q̄litati/
bus motiuis localr̄ ꝙ eēt tale:ꝙ tm̄ hr̄et ꝺ ḡdibus le/
uitatis ignis q̄ꝫtū ꝺ gradibus grauitat̄ terre:⁊ eq̄ po/
tentes:ſilr̄ de gradibus leuitat̄ aeris:⁊ grauitat̄ aque
qeſcetqn̄ ponētur directe ꝑ medietate in aq̄:⁊ ꝑ me/
dietate in aere:vt pꝫ calculāti:nec oꝫ ꝑteꝫ q̄ eſt ī aqua
aſcēdere ſurſuꝫ:q2 ꝓhibet̄ a ſuꝑioꝛi:tn̄ eq̄le ad pōdus
in iſtis q̄litatibus imagīatis reduct̄ ad foꝛmā vnaꝫ:q̄
non plus habeat ꝺ ḡuitate terre q̄ꝫ de nā̈ leuitat̄ ignis
ſilr̄ de leuitate aeris ⁊ grauitate aq̄:hoc aūt vbiqꝫ qe/
ſceret:aut vbiqꝫ moueretur.Et ad hūc ſenſum loqtur
Auer.1.de celo ɔmen.7.ꝺ eq̄li inter graue ⁊ leue:ali/
ter n̄ eſſꝫ eius ſn̄ia v̄a.Et ego ꝓ nūc mihi īſtitui nihil
plus de eq̄li īter q̄litates motiuas dicere:ſꝫ tm̄ de eq̄/
li īter q̄litates alteratiuas:⁊ h̄ de ꝑ̊ arti.¶Quātuꝫ ad
ſcōm ɔſidera ꝙ duo ſunt modi rn̄dendi ꝑncipales ī il/
la mā̈:ſꝫ in vtroqꝫ illoꝝ īueniuntur varȳ ſpāles modi.
Pꝛimus ḡ modus rn̄dendi q vɩ̄ īter modernos ꝺſcen
diſſe a Petro ꝺ aluernia ɔcedit:ꝙ ꝑt dari eq̄le ad pon
dus:⁊ in hoc conueniunt ipſe:⁊ pꝛo parte Conci.dɩ̄ia
18.in vna reſponſione:⁊ Marſi.⁊ Jaco.de foꝛli. Sed
pꝛo ſoluendis ⁊ gloſandis auctoꝛitatibꝰ oppoſitū dicē/
tibꝰ dicit ſcō Petrꝰ de aluernia:ꝙ tale eq̄le ad pōdus
nō durat niſi ꝑ īſtās:⁊ h̄ volūt doctoꝛes illud negātes
nā cū medici ɔſiderāt ſanitatē durabilē: iō illā nō cōſi/
derant ⁊ negāt eā eē:q2 nō pōt eē niſi ꝑ inſtās. Et ī h̄
tendit rn̄ſio Cōci.vna lꝫ in q̄ōnis determinatiōe oīno
cōplōnē illā eq̄le ad pōdus dari negauerit eſſe poſ̄e.
¶Scōs modus ē Thome de garbo q abſolute cōce/
dit ꝙ ꝑt ɔplō eq̄lis ad pōdus durās ⁊ ꝑſeuerās īueni
ri:⁊ nō tm̄ vna:ſꝫ due adiuicē ſpē diuerſe: q̄ꝝ q̄lꝫ erit
eq̄lis ad pondus:⁊ iō auctoꝛes h̄ negātes errauerūt.
¶Ad hāc aūt ɔ̄nē ꝓbandā mouet̄ pluribꝰ rōnibus:⁊
ſupponit̄ ꝑ̊ ꝙ mixtū calꝫ ⁊ hūidū pōt ꝑ paulatinā trā/
ſmutationē factā ī q̄litatibꝰ trāſire ī mixtū ſrīdū ⁊ ſiccū
ita tn̄ ꝙ ſemꝑ illiꝰ mixti mā̈ ſit ſub foꝛma mixti:⁊ nō ve/
niat ad elementarē nā̈m:⁊ tūc argr̄ ſic.h̄ mixtuꝫ ē cali/
dum ⁊ humiduꝫ ⁊ ꝑ paulatinam trāſmutationeꝫ trāſ/
mutabit̄ ad ſrīdū ⁊ ſiccū.ḡ aliqn̄ deſinet eē calꝫ ⁊ hūi
dū.ſit igr̄.b.illud īſtās: ⁊ q̄ro an tūc erit calꝫ ⁊ hūiduꝫ
vel ſrīdū ⁊ ſiccū vel nō:ſi erit calidū ⁊ hūidū.ergo ca/
liditas in illo excedit frigiditatē ⁊ humiditas ſiccitatē:
⁊ cū ille exceſſus ſit diuiſibilis nō totus ſubito deꝑde/
tur.igit̄ ꝑ tp̄s poſt hoc remanebit calidum: ⁊ ideo nō
deſinit eſſe calidū ⁊ humidū.Et ſi dicat̄ ꝙ ꝓ illo inſtā/
ti ſit

ti ſit frigidum: dicit̄ ꝙ prius fuit frigidum cum minori
exceſſu: ⁊ ſic ꝙ nō deſinit: imo ꝙ priꝰ deſinebat eē calꝫ.
appꝫ ergo ꝙ i inſtāti ꝑ q̄ deſinit eē calꝫ ⁊ hūi dū nō eſt ca
lidū nec fridū nec hūidū nec ſiccū: ⁊ tñ ē ꝯplexonatū: cū
ſit mixtū: vt pꝫ ex cāu. ergo dabit̄ ꝯplō media: q̄ nō ē calīa
nec frida nec hūida nec ſicca: ⁊ iſta ē eq̄l ad pōduſ. Et
hoc argu. vtit̄ Petruſ de Aluernia ad affirmādū ꝯplō
nē eq̄lē ad pōduſ: ⁊ ē argumētū ēt fcm̄ a Cōci. dr̄ia. 18.
⁊ a Gen. ac oībus hāc mā̄ꝫ tractātibꝰ. ❡ Ad iſtō ergo ar/
gumētū ſunt multe rōes. Una ē Gen. in qōne de hac
mā: negādo. ſ. ſuppōnē: ꝙ mixtū calidū tranſeat in mi/
xtū frigidū eo ꝙ vt ipe dicit oē mixtū eſt calm̄ ⁊ humi
dū: vt poſtea dicet̄ in alia qōne ex eiꝰ opīone: ꝙ ſi aliq̄
mixta appent frida: h̄ eſt: qꝛ parū hn̄t caloris reſpectu
nr̄i. ❡ Cōtra hāc rn̄ſionē arguit Tho. qꝛ iſta negat ſen
ſum: puta lapidē ⁊ ferꝝ eē frigida: ſilr. n. poſſemꝰ dicē
ꝙ nix ⁊ glacieſ nō ſunt frida: ſꝫ hn̄t calorē diminutū ⁊
ꝑ tāto tactꝰ nō pōt eē iudex in friditate actuali alicuiꝰ
ſimplicis: qn ſibi vicinā iudicet friditatē alicuiꝰ mixti. ergo
dicemꝰ ſenſuꝫ errare de plī q̄ꝫ ſit medietas totiꝰ latitu/
dinis: puta tāgēdo ferꝝ qō vr̄ fridū: ſic aq̄ vl̄ glacieſ:
⁊ tñ hēbit minꝰ de friditate q̄ꝫ ſit friditas aq̄. ❡ Scdo
ſolet rn̄deri ad argumētuꝫ dicēdo: ꝙ in h̄ caſu eq̄le ad
pōdus nūq̄ꝫ erit actu naꝫ nō in eē q̄eto: ſꝫ ꝑ inſtās ⁊ in
motu: ⁊ hoc nō reputāt q̄dā incōueniēs: vt dcm̄ eſt ꝑ.
❡ Cōtra. cui nō repugnat eſſe ꝑ inſtās: eidē nō repu/
gnat eē ꝑ tp̄ſ: ſi ergo eq̄le ad pōduſ n̄ repugnat eē ꝑ iſtāſ:
idē nō repugnat eē ꝑ tp̄s. ❡ Cōfirmat̄: qꝛ in tali iſtāti
poterit occurrē cā ita fortis ad ꝓhibēdū alteriꝰ q̄litatis
remiſſionē: ſic erit fortis cā eiuſdē q̄litatis remiſſiua: ⁊
poterit ꝑ tp̄s h̄ applicata remanere: igr̄ poterit facē: ꝙ
illud ꝑ tp̄s remaneat equale ad pōdus. Preterea. pari
rōne nō eēt aſſignāda ꝯplō: q̄ eēt niſi in iſtāti cū corpꝰ
nrꝫ ꝯtinue ſit in trāſmutatiōe: vt. 3. tegni. nō ergo h̄ eſſet
plus ſ̄ō eq̄li ad pōdus q̄ꝫ de alia: vtputa q̄cūqꝫ data eq̄/
li ad iuſtitiā. Et he rōes ſunt ꝯ pmā pōnē Petri de Al
uernia ⁊ ſequētiū. Preterea. h̄ nō vr̄ verū ex Aui. ſnīa
⁊ Auer. cū dicāt hoc eē iplē repiri eq̄leꝫ ad pōduſ q̄uo
ꝯplōnē: ⁊ eorū rō vt patebit infra ꝓbat equalr̄: ꝙ nō p̄t
eſſe i inſtāti aliq̄ neqꝫ tpe. ❡ Tertia rn̄ſio ad argumētū
quā dant plēs antiq negādo hāc ꝯn̄aꝫ: ex mixto calō
fit trāſitꝰ imediate in mixtū frigidū. ergo aliqn̄ erit eq̄le ad
pōdus. Et ad ꝓbōneꝫ dico ꝙ in tali inſtāti: in q̄ deſinit
eē calꝫ ipꝫ eſt fridū: ⁊ ꝑ aliquē exceſſuꝫ excedit friditas
calītatē: ſꝫ ꝯtinue ꝑus ecōtra calītas excedat friditatē:
⁊ ſic ꝯcedit̄ illū exceſſuꝫ eē acq̄ſitū ſubito: ⁊ rō ē: qꝛ pria
ꝯplō corrūpit̄: ⁊ ſcd̄a introducit̄ ⁊ p̄cedit alteratio ter/
minādā ad iductionē noue ꝯplōnis fride: cū ergo ꝓuenit
mixtū ad gradū calītatis ita remiſſuꝫ: ꝙ cuꝫ illo ꝯplō
pria nō ſtaret: tūc illa ſubito abijcit̄ ⁊ introducit̄ noua
forā ⁊ noua ꝯplō cū gradibꝰ friditat̄ illā ꝯplōnē ſequē
tibus: ⁊ in tali acq̄ſitione graduū ꝑ ſeq̄lā ad formā ſu/
bito acq̄ſitā nō incōuenit ſubito certū exceſſuꝫ acquiri
vniꝰ ꝯrioꝝ ſupra reliquū. ⁊ h̄ pꝫ. ❡ Et h̄ rn̄ſio eſt antiq̄
q̄ ſ̄fēdi fortaſſe poſſꝫ: ſꝫ tñ tenēdo vt cōis ſchola tꝫ ꝙ ꝑ
potētiā finitā nō acq̄rit̄ ſubito certa mēſura itenſiōis:
aut deꝑditionis in q̄litatibꝰ primis. argu. ſtaret in vi/
gore ſilr̄ imō. ❡ Confirmat̄ qꝛ ſic ſe hꝫ motꝰ localis ad
diſtātiā terminoꝝ: iter q̄s eſt motꝰ ita ſe hꝫ motꝰ altera
tionis: ſed in motu locali ab vno termīo ad aliū termi
nuꝫ mobile ꝯtigit attingē mediū ꝑ eq̄ diſtātiaꝫ ab ex/
tremis. ergo a pari in alteratione de ſūmo calō ad ſummū
fridū mobile deuenit ad eq̄ diſtātiā ab vtroqꝫ ꝙ n̄ erit
niſi fuerit eq̄le ad pōdus. ❡ Scd̄a rō p̄ncipal̄ ēt Tho
me ē: ſupponēdo ꝙ n̄ in oī: ſꝫ tñ in mltis ꝯplōnibꝰ in/
ducēdis p̄ter q̄litateſ ⁊ forās eltoꝝ req̄rit̄ agēs ſ̄termi
natū illā ꝯplōnē itēdēs. ſ. ſupceleſte aut mixtū: h̄ pꝫ: qꝛ
ex Auerroi. 2. colꝫ. ca. ꝑ. q̄lꝫ ꝯplō ꝓducit̄ ꝑ modū digō
nis: digō āt nō ē a calō nāli: ſꝫ eltari ⁊ ꝓpō. ergo q̄lꝫ ꝯplō
ſit ab agēte alio ab eltari: ꝙ ſi n̄ de q̄lꝫ h̄ velimꝰ ꝯcedē

ſaltē ꝯcedēdū erit de multis: i quibꝰ manifeſte vr̄ req̄ri
agēs determinatū. ❡ Scdo ſupponit̄ ꝙ v̄tutes p̄maꝝ
q̄litatū eq̄les pn̄t adīuicē agē: h̄ ſuppō ꝑ pꝫ. ex Gal.
3. nāliū virtutū. c. 7. ad p̄ncipiū cuꝫ dicit: neqꝫ. n. agūt
duo corꝑa efficē: ⁊ pati apta nata ſil̄ pati ⁊ efficē: vl̄ al
teꝝ q̄dē efficere: alteꝝ aūt pati. nā ſi q̄dē paria ſunt vir
tutibꝰ ex pari efficiēt ⁊ patient̄. Et pꝫ ſuppō rōne: qꝛ
minꝰ potēs pōt agere in magis potēs. ergo multo fortius
eq̄le aget i ſibi eq̄le. ❡ His ſuppoſitis arguit̄ ſic. agēs
a q̄litatibꝰ pōt eē intēdēs ꝯplōnalē formā mediā ꝑ eq̄
diſtātiā iter extrema ꝯria: ſꝫ elnta eq̄ta adīuicē agen/
tia ſt ꝯuenīēter diſpoſita ad hāc actionē recipiēdā. ma
ior pꝫ. qꝛ nullā claudit nālē repugnātiā ꝙ agēs itēdat
vnā q̄litatē: q̄ itēderet eē nāle calm̄ i ſuo calore remit
tere: ⁊ ad mediū ducere ⁊ ita aliō frigꝰ in ſuo frigore re
mittere ⁊ ad mediū gradū deducere: ⁊ mīor pꝫ: qꝛ elta
ꝑ eoꝝ actionē ⁊ paſſionē adīuicē mediātibꝰ p̄mis q̄li
tatibꝰ ſufficiēter diſponūt̄ ad recipiēdā ꝯplōnē ab agē
te: cū vnū alteri dn̄at̄: ſꝫ eque bn̄ agūt ⁊ patiunt̄ adīui/
cē: cū ſunt eq̄lia i v̄tutibꝰ: vt dixit ſcd̄a ſuppō. ergo elta il
lo mō eq̄ta ſunt ſufficiēter diſpoſita. ❡ Cōfirmat̄: qn̄
duaꝝ q̄litatū vna eſt fortior ⁊ alia d̄bilior magis tēdūt
in corruptionē q̄ꝫ ſi eēnt eq̄les. ergo minꝰ ē apta ibi ꝓduci
ꝯplō ſapiēs vtriuſqꝫ nām. ſi ergo altera dn̄ante introducit̄
ab agēte extrinſeco: multomagis poterit itroduci cuꝫ
erit eque potēs. ❡ Cōfirmat̄. nullā nālē repugnātiam
claudit induci vel eſſe talē virtutē: q̄ oīa hn̄tia calītatē
ſuꝑ mediū ifridet: ⁊ oīa hn̄tia friditatē ſupra mediuꝫ
calefaciat. igit̄ poterit eē. aſſumptū pꝫ. qꝛ ſiue ꝯria mi/
xta debēt eē actu ſiue v̄tute: nō plus repugnat iſta eſſe
ſil̄ in gradu medio q̄ꝫ ſi vnū ſit ſub g̃du termināte tres
q̄rtas totiꝰ latitudīs: ⁊ aliqō ſub gradu termināte vnā
quartā: puta vnū ſub gradu vt ſex: aliud ſub gradu: vt
duo: ſꝫ h̄ ſcd̄m pōt eē. ergo ⁊ p̄mū. ❡ Preterea quāto aliq̄
diſpō ē magis diſtās a nā ſimplicis tāto ſibi magis ꝯue
nit rō mixtiōis. cū ergo ꝯria ad mediū alterata maxīe di/
ſtāt a nā ſimpliciuꝫ: ⁊ magis q̄ꝫ alterata: altera dn̄ante
ſeq̄t ꝙ illis magis ꝯuenit rō mixtiōis. ⁊ ꝑ ꝯn̄s i illis:
⁊ ꝑ illa magis pn̄t iueniri: poterit ergo dari ꝯplō eq̄lis ad
pōdus: ⁊ qꝛ nō repugnat ꝯplōnes eiuſdē gradꝰ caloris
iductiuas eē diuerſaꝝ ſpēꝝ ⁊ diuerſaꝝ ꝑfectionū: vt cō
ſtat i multis medicīs ſilīs gradus q̄ ſunt ſpē dr̄ntes: iō
nō repugnabit multas dari cōplexiōes eq̄les ad pon/
dus iter cali. ⁊ fri. q̄ tñ ſunt dr̄ntes adīuicem ſpecie.
❡ Cōtra hāc poſitionē nō opꝫ rōnes ducere. fuit eniꝫ
Tho. vir q̄ ꝓ gloria recipet gradū Ariſt. ⁊ Gal. Sꝫ qꝛ
ipſe i qōne de mō q̄ mixta ſunt ex elīs ꝯpoſita putat ꝑ
incōueniēti elntares q̄litates eē in mixtis. Iō vr̄ velle
ꝙ oīs talis q̄litas in mixtis iuēta ſit ꝯplōnalis q̄litas:
⁊ ex illo arguit̄ aliq̄s ꝯplōnes fieri ex elntis ⁊ eltaribꝰ
q̄litatibꝰ ſaltē: qō pō negat. nā poſē ē vnū mixtū calm̄
ꝑ approximationē terre fride fieri fridū: aut ꝑ approxi
mationē aq̄: h̄ dato vel friditas illa in mixto illo iuēta
ē qualitas elntaris: aut nō: ſi ſic. ergo in mixto cū cōplōne
ſtāt cōiūcte ꝯplōnes elntares: qō ipſe hꝫ ꝑ icōueniēti:
imo huiꝰ oppoſitū ſumit ꝓ fundamēto ad oñdendū ꝙ
q̄litates eltares nō ꝯſtituūt ꝯplōnē ſi ſit qualitas ꝯplō
nalis: cū nullū ſit agēs ꝑticulare fridā ꝯplōnē intēdēs
niſi elāre: ſequit̄ ꝙ qualitates elāres faciūt cōplexionē
nec ipſe pōt hoc negare niſi velit negare ſenſum: vide
mus eniꝫ ꝙ calītas ignis calefaciēdo ducit ad ethicaꝫ:
vt in balneo ſicco. Forte dr̄ ꝙ aliqua ꝯplō ſit ex actiōe
qualitatū elntorū: ſed nō oīs: ſed ſufficit ad dādū equa
le ad pondus ꝙ aliqua talis ꝯplō ſit eo mō quo ſupra
argutum eſt. Cōtra. ſi aliqua qualitas in mixto cōuenī
ret forme ſue ⁊ agēs oꝑa ſilīa oꝑibꝰ qualitatū primarū
inueniret̄ facta ex actione primaꝝ qualitatū: ⁊ ꝑ ꝯn̄s eſ
ſet aliqua cōplexio: cū ſolū talē qualitatē iſti dicūt com
plexionē: q̄ ꝓuenit ex tali actiōe. ſeq̄tur ꝙ oīs comple
xio ex tali actione prouenit: ꝙ autē ſolum talē vocent

UVA. BHSC. IyR_044_2

doctores ↄplōnē ↄſtat ex diffōnib⁹ poſitis ī pn̄ti qōne
ꝛ iō de illa ↄplone q̄rēda:q̄ fit ex actiōe ꝛ paſſiōe pma
rū q̄litatū in elm̄tis reptaꝝ ſua rō nō cōcludit. ¶ Prete
rea. ſua rō ſiue poſitio deſtruit oēz ordinē ſcie: de gnō
ne: de mixtiōe: de putrefactiōe: ꝛ p ↄn̄s: de nutricatōe
augmēto: ꝛ oī mixtoꝝ ꝓuētu: nō. n. poterūt dari gnā/
lia documēta: ꝙ gnō fiat a calore nāli: ꝛ putrefactio ab
extraneo: ſed qꝛ oīa ſunt opa q̄litatū ſimpliciū: q̄ nō fiunt
a qualitatib⁹ elemētarib⁹: ꝛ reſpectu determinatoꝝ ef
fectuū opꝫ hr̄e determinatas cās: q̄ in nullo genere no
bis noto cōueniūt: oportebit oīa illa ignorare ex cā: ꝛ
nō opꝫ apud bonū phyſicū: vt inducant̄ forme: nec re
qrit̄: vt miſceant̄ ptes: ſꝫ ſolū: vt a talib⁹ q̄litatib⁹ alte/
rent̄: vt res penit⁹ experiētie ꝛ mētib⁹ philoſophātiū
abſonū. ¶ Terti⁹ modus rn̄dēdi eſt Marſilij cōceden
do: ꝙ dat̄ eq̄le ad pōdus ēt p tp̄s durās: ꝛ cōmixtū ex
q̄ttuor q̄litatib⁹ elemētarib⁹ equalr̄ ↄcurrētib⁹: ꝛ dicit
nullū tale eē mixtū pfectū pfectarū opationū pductiuū
ꝛ h̄ ſufficit penes ipꝫ ꝓ auctoritatib⁹ negātib⁹ eq̄le ad
pōdus. Sꝫ ↄ hāc rn̄ſionē vident̄ auctes ſupra allegate
que dn̄t ꝙ ſit penit⁹ impoſſe: ꝛ erūt rōnes poſite infra
ꝓ opinione negāte. ¶ Quart⁹ modus rn̄dēdi eſt Jac.
d Forliuio q ſupponit ꝙ cuiuſlibet mixti forma ē vni⁹
determinate pfectiōis eſſentialis. Supponit ſcd̄o: ꝙ ē
ipoſſe duo ↄtraria eē eiuſdē pfectiōis eſſentialis. pꝫ. qꝛ
vnū eſt p modū poſitiui: ꝛ reliquū p modū priuatiui.
¶ Ex quib⁹ ſequit̄ ꝙ ē impoſſe duo vniformiter mixta
equalr̄ cōuenire: qꝛ eſt impoſſe ad mixti formā equalē
hr̄e ꝓportionē. ¶ Et ex hoc ſequit̄ ꝙ oē mixtū hn̄s eq̄
liter de vtroqꝫ ↄrioꝝ nō ē neceſſario nālr̄ diſpoſitū: cū
nō hēat ↄplōnē ſue forme nālr̄ cōuenietē. Iſte modus
deuiat a mētib⁹ auctorū: qꝛ dn̄t nullo modo poſſe eſſe.
¶ Scd̄o qꝛ īnuit ꝙ mixtū nālr̄ diſpoſitū ſemp plus hꝫ
d q̄litate ſibi magis ↄueniēte: mō hoc eſt falſū: qꝛ ſtat
mixtū nāliter diſpoſitū min⁹ hr̄e de q̄litatib⁹ ſue forme
magis cōueniētibus. nā cuiꝫ plāte eſt ↄueniētior cali/
ditas q̄ꝫ frigiditas: ꝛ tn̄ ſtat ī plāta nālr̄ diſpoſita plus
eē de frigiditate q̄ꝫ de calitate: vt notat ſenſus: ſilr̄ cui
libet forme aīalis eſt cōueniētior caliditas q̄ꝫ friditas:
ſed inueniunt̄ aīalia in nāli diſpōne frigida a dn̄io re/
ſpectu eq̄lis ad pōdus. ḡ minor ē Gal. 2. ↄplonū ca. p̊
cū dixit. Propter h̄ dixerūt antiq ꝙ aīal eſt calꝫ ꝛ hu/
midū: nō ꝙ caliditas ꝛ humiditas abſolute vincāt: cuꝫ
multa aīalia videam⁹ frida ꝛ ſicca: ſicut epides: ꝛ cono
pes: ꝛ muſce: ꝛ apes. Preterea. Gal. p̊ cōplonū cap.
vlt. vult ꝙ cutis hoīs tēperati cū eſt optie diſpoſita: dꝫ
eē eq̄lis in vniuerſa ſuba: ꝛ equalr̄ hn̄s de calitate: ſi/
cut de friditate: cui⁹ oppoſitū vult h̄ pō. ¶ Quint⁹ mo
dus rn̄dēdi gnāliter eſt dicētiū: ꝙ nō det̄ nec pōt dari
eq̄le ad pōdus: ſꝫ qꝛ iterū aliq: vt Antoni⁹ de Parma
dn̄t poſt h̄ ꝙ dat̄ in inſtāti: ꝛ tm̄ ſcd̄ꝫ eſſe poſſe: ꝛ nō in
actu: ꝛ iſta ſunt verba: quoꝝ ſn̄īaꝫ melius expſſit Gē. ꝛ
vigoroſi⁹ ꝛ fundati⁹ eſt locut⁹: iō ſufficit hic Gē. pōnē
narrare: p qua intelligēda ſupponēdū p̊. ꝙ h̄ loqmur
tm̄ de eq̄li ad pōdus inter q̄litates elr̄toꝝ: q̄ ſunt pmū
mot⁹ alterationis. Supponim⁹ ſcd̄o ꝙ ↄplo eſt q̄litas
fcā ex actiōe ꝛ paſſiōe ꝛc. ita ꝙ ad ↄplonis gnātionem
opꝫ ↄcurrere q̄litates elr̄toꝝ actiue. Iſta ſuppō pꝫ p ex
diffōne ↄplonis ab Auicē. poſita pria pmi ꝛ. 12. d aīa
lib⁹. h̄ idē vult Auer. 10. met. cō. 23. ꝛ. 2. de gnātiōe. 2.
colliget. ca. p̊. ꝙ ſi dicat̄ hoc eē veꝝ de aliqua ↄplone:
tūc ſupponit̄: vt cōtēdam⁹ cū ↄteruis: ꝙ ſolū talē q̄lita
tē vocem⁹ ↄplonē: q̄ ꝓuenit īmediate ex actione ꝛ paſ
ſione pmaꝝ q̄litatū ↄriarū elm̄tariū: ſiue ad h̄ cōcurrat
aliud agēs: ſiue nō ꝛ ꝙ eſt actiua p ſe q̄litatū ſilīū q̄lita
tib⁹ elm̄tarib⁹: puta calefactiua infrigidatiua humecta
tiua ꝛ exiccatiua. h̄. n. ītelligūt doctores de cōplone: ꝛ
de ipſa h̄ mō loquūt̄. Utrū aūt a celo vel ab alio agēte
aliq̄ ſimplex q̄litas poſſit ꝓduci nō cōcurrente actiōe
primaꝝ q̄litatū elm̄toꝝ: q̄ q̄litas oēm q̄litatē ſupra me
diū gradū toti⁹ latitudīs intēderet corrūpere ꝛ ad me
diū ducere: ꝛ ſilr̄ de gradib⁹ friditatis h̄ dimittat̄ nō qꝛ
illa ſi eēt nō eēt ↄplo: ſicut nec lumē nec influētia cele/
ſtis ſunt ↄplones. ¶ Supponit̄ tertio ꝙ ad cuiuſlibet
vniuoce forē ꝓductionē: i q̄ opꝫ ↄcurrere ↄrioꝝ actōes
opꝫ vnū ↄrioꝝ pncipali⁹ q̄ꝫ reliquū ↄcurrē: ꝛ p modū ac
tus reſpcū alteri⁹ ↄrij. Iſta ſuppō ē Ari. 10. me. t. c. 23.
virtualr̄. ꝛ expſſe Cōmē. eiuſdē cōmē. cū dic̄ ipoſſe ē ꝙ
in ↄpoſitis ↄrijs ſint due ptes eq̄les: ſꝫ altera dꝫ eē do
mināſ: cui attribuit̄ forā. Et h̄ idē vult. 2. de gnā. c. 5.
ſepe alle. cū dixit: ꝛ ſi eq̄les fuerīt potētie. ſ. ↄrioꝝ: tūc
nō fieret aliq̄ forā: h̄ idē expſſe vult Auer. 2. colligꝫ. c.
vlti. cū dixit. ꝓpterea ꝙ vnaqueqꝫ res: q̄ appropriat̄ d
nec̄itate dn̄atiōi vni⁹ q̄litatis actiue: q̄ ſtat loco forē ꝛ
dn̄atiōi vnius q̄litatis paſſiue: q̄ ſtat loco māe. nā ſi eſ/
ſent ↄria eq̄liter ad talē actionē ↄcurrētia ſe īpedirent
īuicē ī pductōe tertij: qd̄ eēt vnū ſimplex. Nō aūt ē: qꝛ
ad vnū ſimplex ꝓducēdū nō ↄcurrūt vnq̄ꝫ duo diſpata
ex equo īmediate. Preterea. niſi ita eēt actio eſſet fru/
ſtra: qꝛ talis forā media ſi ex eq̄li cōcurſu ↄtrariorū fie/
ret nullius eēt opis approbati pmis q̄litatib⁹ ꝓducti/
ua: ꝛ h̄ īnuit Auer. paulopoſt eodē caplo cū dixit ſtatī.
Et ſi ita nō eēt ↄplonatū nō eēt vnū in forma: īmo eēt
duo: nulla ēt eēt recepta vna opatio ī ſuo termīo: nec
q̄litates ↄrie dn̄antes eēnt ſup ipꝫ ābe eq̄les ī potētia
vl in actu: qꝛ ex duab⁹ ↄrijs reb⁹ ī actu nō pt fieri vnū
in actu: nec ēt ex duob⁹ nō ↄrijs. Et h̄ ēt dic̄ clare prīo
canon. cōmē. 14. ī fine ↄmē. poſt mlr̄ta q̄ ī idē redeūt.
nā ſi poſſit īueīre ↄplo eq̄lr̄ talr̄. ſ. ꝙ elr̄ta ī illa eq̄lr̄ mē
ſurēt̄ mīme īueīret̄ aliq̄ opō ī hac ↄplone ī his q̄litati/
b⁹ approbata: eētqꝫ nec̄iū ne hr̄et formā vnā. ¶ Sup
ponit̄. 4. ꝙ eq̄litas ad pōdus ſi ſit ē ↄplo īſurges ex ↄ/
rijs q̄litatibus in q̄ꝫtitate ꝛ q̄litate ꝛ ↄtute ꝓductiua a
q̄lꝫ. nāe media īter illa p eq̄lr̄ de vtriuſqꝫ nā ↄticipat̄.
hoc pꝫ de mēte Aui. pria pmi ca. de ↄplonib⁹. ibi eniꝫ
dicit: ꝙ in eq̄li ad pōdus debēt eē q̄litates ↄrie nō ſu/
perātes: nec ſupate: ꝛ ↄplo dꝫ eſſe ī medio eaꝝ ↄ eq̄li
tates. ¶ Ultīo ſuppōit̄: ꝙ ſi aliq̄ forma media inter ↄ/
ria ꝓducat̄ ex actiōe ꝛ paſſiōe duoꝝ ↄrioꝝ: quoꝝ alte/
rum in ꝓductione dn̄etur: talis forma magis declinat
ad latus dn̄antis in ꝓductiōe: hec ſuppoſitio eſt expſ/
ſe Auerro. 2. de genera. cap. 5. cū dixit cū potētia eius
fuerit dn̄ans dn̄ata gnābitur ex eis aliqd̄ medium: ſed
tamen declinabit ad partem dominantis.

His habitis h̄ ē. 1. ↄ ꝛ rn̄ſiua: ipoſſe ē ſiue p tp̄s ſiue p īſtās eē ↄplonēꝫ
aliq̄ꝫ eq̄lē ad pōdus. ꝓbat̄: qꝛ īpoſſe ē q̄litatē ꝓductaꝫ
ex actiōe ꝛ paſſione ↄrioꝝ eē ↄe in medio illorū p eq̄lr̄
ↄticipare de vtriuſqꝫ nā. ḡ īpoſſe ē ↄplonē eſſe eq̄lē ad
pondus: tꝫ ↄn̄a. qꝛ oīs ↄplo eſt q̄litas h̄ mō ꝓducta: vt
dicit ſcd̄a ſuppō ꝛ nō eſt aliq̄ talis eq̄lis ad pōdus niſi
ſit illo mō ī medio ↄrioꝝ: vt dicit ſuppō quarta. aſſum
ptū aūt ꝓbat̄: qꝛ in cuiuſlibet talis forme ꝓductiōe oꝫ
vnū ↄrioꝝ dn̄ari: vt dicit ſuppō tertia. igit̄ oꝫ talē for/
mā magis declinare ad latus dn̄antis. tꝫ ↄn̄a. p ſuppō
nem vltimā. ſic igit̄ patet: ꝙ nec p tpe nec p inſtanti.
¶ Scd̄a ↄ Gen. eſt iſta: lꝫ īpoſſe ſit ex actiōe ↄriorū ex/
tremoꝝ eq̄ potētiū: ꝛ eq̄ potēter oppoſite applicatorū
formā aliquā inter illa ↄria mediā ꝓduci vel eſſe ꝓdu/
ctā: cōtingit tn̄ ex aliorū eq̄ potentiū: ꝛ eq̄ potēter ap/
plicatorū actiōe formā aliquā mediā ↄplonalē derelin
qui ex pria ↄne. pria ps hui⁹ ↄnis pꝫ. ſcd̄a ps ꝓbat̄. qꝛ
ↄria eq̄lia: ꝛ eq̄ potēter approximata pn̄t adinuicē age
re. alr̄. n. non opꝫ ꝙ cura fieret p ↄria in gradu Gal. 3.
tegni: ꝛ hoc idē vt ſupra dr̄ eſt de mente Gal. 3. nāliuꝫ
virtutū: ſed in tali actione p vnius eorū corruptionem
cōtingit formā aliquaꝫ derelinqui. ergo ꝛc. Idē patet
exemplo. nā ſi ſanitas eſt recedens a tēperamento per
vnum graduꝫ caloris: ꝛ approximet̄ medicina frigida
vnius gradus: iſta erūt ↄria eq̄ potētia: ex eorū actiōe
derelinquit̄

UVA. BHSC. IyR_044_2

